DE MISSIONE SANGUINIS IN PLEURITIDE. UBI DEMONSTRATUR EX QUA...

René Moreau

Digitized by Google

Digitized by Google

EXimiæ raritatis multique fructus libellum, quem multis annis fruſtra quæſitum, tandem nobiliſſimi viri & mihi amiciſſimi IO. ANDREAE VETTE, Cibinienſis Tranſiluani, medicinæ doctoris, beneficio accepi, dignum vtique iudicaui, qui in manibus ſtudioſorum crebrius verſetur. Eſt ille quaſi præfatio, quam auctor adiecit PETRI BRISSOTI diſceptationi apologeticæ ad Dionyſium medicum de ſanguinis detractione in pleuritide. Ipſum hunc Briſſoti librum, doctum ſane & elegantem, adiicere nolui, quoniam totus eſt in vnica quæſtione illa, vtrum ſanguis rectius ex venis in latere affecto inci-

)(2 ſis,

Digitized by Google

ſis, an in latere oppoſito, pleuriticis detrahatur. Sed MOREAV plurimus eſt in exquirenda & accurate conſtituenda ætate eorum, quos ad teſtimonium in hac cauſa dicendum excitat. Atque hinc factum eſt, vt docti viri eius potiſſimum iudicio nitantur, ſicubi de temporibus, quibus veteres vixerunt, quæritur, omninoque eius libello vtantur, tamquam chronologiæ medicæ compendio. Perlegi accurateque recenſui omnia; quæ aperte menda erant librarii, ſuſtuli: reliqua omnia fideliter exhibeo. Paginas editionis Pariſienſis adnotaui, vt poſſit illico inueniri, ſi quid ex illa, cum paginarum indicio, adductum occurrat.

AV-

Digitized by Google

AVCTOR LECTORI

SAL.

DVM recudendi Petr. Briſſoti conſilium inirem, nondum venerat in mentem edendæ noſtræ διαλέξεων vel tanti apparatus adornandi. Vbi autem lectiſſimis quibusdam viris de me optime meritis animum aperuiſſem, & inſtitutum meum eorum iudicio commiſiſſem: probare quidem illi nouam Briſſoti editionem, ſed improbare meam cœpere ſententiam; quod Viro & Clariſſimo & Eruditiſſimo vitam quidem ipſam reſtituere viderer, viuendi tamen rationes denegare. Quid enim

Digitized by Google

(aiebant) fœtum illum poſthumum exponas ſine titulo, ſine fauore, ſine patrocinio, deſpicatui a prætereuntibus habendum? Non ignoras iniquam proiectitiorum infantium conditionem, qui ſæpe nullo parentis, interdum alieni patris nomine deſignati generis nobilitatem exuunt, & inſitæ virtutis fœcunda ſemina deteriori cultura deperdunt. Profer, profer gentilitia ſtemmata, quibus Briſſotus ille tuus innoteſcat, & exere rationes, cur tam generoſe ſeſe Arabum erroribus & opprobriis obiecerit. Quotusquisque eſt alicuius in medicina nominis, qui Briſſoti nomen non audiuerit, quotus, qui virtutem cognouerit? Quotus, qui eius ab Arabibus diſſenſum non legerit, quotus, qui tantæ in medicina controuerſiæ argumentum & ſeriem perſpexerit? Ne inuideas Briſſoto tantum decus, & alumnæ eius academiæ Pariſienſi tam illuſtrem ne ſubtrahas gloriam. Potes hiſtoriam de venæ ſectione in pleuritide celebranda paucis paginis expreſſam apologiæ Briſſoti adiungere, potes & vitam Briſſoti, tua diligentia

gentia

Digitized by Google

gentia conquiſitam & collectam, adpingere. Neſcis quam vtilem philiatris omnibus rem præſtiturus es, quam iucundam omnibus litteratis, quam glorioſam ſcholæ medicorum Pariſienſi, quam Hippocratis & Galeni ſectatoribus exoptatam, quam te medico doctore Pariſienſi dignam! Fateor, hoc veluti celeuſmate excitatus, cœpi non nihil animo ac mente agitare, continuoque de noſtra dialexi euulganda cogitare. Et quoniam nos mortales deſipimus & decipimur inuicem, mihi ſubito hæc ſuauius arriſit cogitatio, & me in hanc blandam inſaniam deduxit, vt exiſtimarem, noſtram παρέκβασιν, ſi quidem Briſſoto ſplendorem ea non adderet, ſaltem eius luminibus non ire obſtructum. Ab illa mente opus non diſtuli, vndique congero, quotquot acceperam de ea materia conſcriptos libros, euoluo, percurro, deuoro; quæ in rem noſtram ſeligo, decerpo, ſuum in locum & ordinem cogo, quem chronologia diſtinxerat. Momento admiratus ſum, tantam in molem excreuiſſe hos floſculos; ac proinde noſtro in muſeo

premendos ducebam. At ſuaue non nihil exſpirare mihi videbantur; quid agerem? credidi aliorum in naribus non fore deterioris fragrantiæ. Eant ergo, dixi, oleant, ſpirent, & inſpirent, ſi poſſint, Briſſoto fauentem aliquem fauonium. Trahent illi ſecum hanc ſaltem laudem, vt ſi minus quidem feliciter exculti, attamen glorioſo in ſolo, illuſtri in academia, ſuccreuerint. Nec laboro aliam illis gratiam, præter hanc gloriam, lenocinari. Nouum apud te fauorem ſi repererint (Lector) ſuæ non erit elegantiæ, ſed candoris tui. Lege igitur, &, ſi potes, proba. Vale.

Ex

Ex qua corporis parte miſſus fuerit ſanguis in pleuritide a duobus annorum millibus, ex omnium pene Medicorum Græcorum, Arabum, Barbarorum & Latinorum monumentis, exacta enumeratione iuxta temporum, quibus floruere, ſeriem inſtituta

διάλεξις.

Ad lectorem philiatrum.

DE venæ ſectione in pleuritide celebranda hucusque tam varia & multiplex fuit medicorum opinio, vt non crediderim, aliud in tota arte pluribus ſententiis, acrioribusue animis agitatum fuiſſe. Græci veteres & noui, Arabes, & Barbari, Latini omnes pene aduerſi inter ſe digladiantur longo contentionum fune: nec tamen (ſi ſummo iure agatur) quid de ea quæſtione ſinguli definiant, ſatis

Diſſenſus auctorum de phlebot. in pleurit.

[pag. 2.]

Digitized by Google

Reuulſionis ratio controuerſa.

deprehendas. Controuerſiam irritauit ratio deriuationis, reuulſionis, euacuationis perperam intellecta, dum nominum verius quam rerum pondera librantur & æſtimantur. Quæ duo medica argumenta vbi mentes nouitatis auidas, & pronas in iurgia offendere: dici non poteſt, quos ſententiarum primo, mox difficultatum fluctus in ſimpulo medico excitauerint. Vt autem apologeticum Briſſoti libellum aliqua ſuauitate condiremus, oſtenderemusque tantarum controuerſiarum fontem & ſeriem, viſum nobis fuit, eius rei tibi guttam aſpergere, & ab ouo (vt dicitur) quid in pleuritidis curatione ſinguli ſenſerint enarrare.

Hipp. varii loci de pleurit. curatione.

E Græcis veteribus HIPPOCRATES Cous & ætate & dignitate prior, in pleuritide infera, quæ non raro ſub diaphragmate aſſurgit, omiſſa detractione ſanguinis ventrem nigro veratro vel peplio viſus eſt expurgare *libro 2. de victus rat. in acutis part.* 11. In ſupera vero & iis doloribus, qui latus inuadunt in febribus, æqualiterque ibi abſque ſignis ſubſiſtunt, offendere phlebotomiam voluit *coac. vlt. lib.* 2. ſoliſque fomentis ſolui *libr.* 2. *de victu in acut. part.* 7. Imo vero *libr.* 6. *Epid. ſect.* 3. *part.* 44. morbum lateralem

lem recenſet inter ea, quæ impediunt detractionem ſanguinis in ſputo ſanguineo. At *part.* 10. *libr.* 2. *de* **vict. in acut.* cum dolor ad clauiculam pertigerit, aut moleſta fuerit vel brachio, vel mammæ, vel partibus ſepto transuerſo ſuperioribus grauitas, internam cubiti venam ſecare imperauit, ſed an ſit e directo vel oppoſito affecti lateris brachio non adiecit. Addidit porro 4. *de vict. in acut. part.* 73. vbi dolor lateris penetrauerit ſurſum, vel ad clauiculam, vel ad mammam, vel ad brachium, venam brachii internam, qua dolor afficit parte, ſecandam eſſe. Hæc eſt prima omnium de venæ ſectione in pleuritide mentio ab Hippocrate facta, qui natus eſt anno vrbis conditæ 292. P. Volumnio Auentino, & Ser. Sulpicio Camerino Coſſ. hoc eſt annos ante Chriſtum natum 453.

[pag. 3.]

Prima mentio phleb. in pleurit. ab Hipp. facta anno ante Chriſt. natum 453.

Quid Melampus, quid Democedes, quid Nicomachus, quid Machaon & Podalirius, quid Aeſculapius ante Hippocratem moliti ſint, veterum monumentis obſeruatum non habemus. Vnus (quod legerim) Stephanus Byzantinus in ſuo nomenclatore Podalirium meminit Syrnam Damæthi regis Cariæ filiam ex caſu ægram ſanaſſe, vbi

Podalirius floruit circa a. mundi 2830. ante Hipp. annis pene 720. eius tempore in vſu fuit phlebot.

ἀφ' ἑκατέρȣ τῶν βραχιόνων αἷμα eduxiſſet.

Aſclepiades ante Chriſt. nat. an. 63. an. mundi 3939. Romam venit.

Ab Hippocrate ad Galenum nullus quoque (quod ſciam) de venæ ſectione in pleuritide quicquam prodidit, exceptis Aſclepiade & Archigene. ASCLEPIADES, ex arte dicendi parum quæſtuoſa ad medendi ſcientiam conuerſus, obſeruauit, pleuriticos Athenis & Romæ ex ſanguinis miſſione deterius habere, in *Helleſponto & Paro melius. Quemadmodum ſcribit CAELIVS *Aurel.* 2. *acut.* c, 22,

[pag. 4.]

Archigen. circa an. Chriſti 120 Xiphilin.

ARCHIGENES vero (ſiue eum eſſe voluerimus, cuius meminit IVVENALIS *Satyr.* 6 *&* 14. ſiue Adriani Imperatoris contemporaneum, eiusque morte infamem) ſi credimus AETIO *tetrab,* 2. *ſermon* 3. *cap.* 68. cum dolor a mammis ad clauiculam extendebatur, venam ſecabat brachii, non eius, quod recta ab inflammato latere procedit, ſed oppoſiti, e quo modicum ſanguinis extrahebat, idque poſt aliquod temporis interuallum repetebat; ſi vero deorſum ad præcordia vergeret dolor, corpus cathartico euacuabat. Et id quidem in acuto dolore moliebatur, in leni ac blando vtebatur fotibus: in thoracico, a crudis viſcoſiſque humoribus oborto, phlebotomiam velut exitio-

Digitized by Google

tioſam auerſabatur, apud eundem AET. *c.* 69.

Eodem ſæculo, imperante M. Aurelio Antonino, GALENVS Pergamenus, Hippocraticæ diſciplinæ inſtaurator & vindex, hanc difficultatem non omiſit, ſed, reuocatis velut ad incudem ſingulis medicinæ præceptis, quid de vnoquoque cum Hippocrate ſentiendum eſſet, definiuit. Licet vero Aſiatica dictione luxuriet, non vbique tamen ita terſus ac nitidus in hac explicanda difficultate illuceſcit, quin aliquando aut obſcura aut diſſentanea loqui videatur. Nec profecto mirum, cum ipſe *libr.* 9. *de placit.* circa medium notet, medicos de hac quæſtione contendiſſe, aliis ſanguinem *detrahentibus, aliis cathartica præſcribentibus, aliis fomenta cum ſpongiis adhibentibus, aliis ſacculos & marſypos admouentibus. Ergo *Com.* 5. *in libr.* 6. *Aphor.* Præceptoris veſtigiis inſiſtens, cum dolor vehemens ad clauiculum peruenit, mittendum ſanguinem, cum ad præcordia, purgandum eſſe corpus, cum lenis & moderatus fuerit, generoſo auxilio abſtinendum ſuadet. At *commen.* 2. *in libr. de vict. in acut. part.* 11. videtur Hippocrati aduerſus, quod ad purgationem attinet, phlebo-

Gal. circa an. Chriſti 140.

[pag. 5.]

Variæ Galeni ſententiæ.

to-

tomiam enim, licet minus vtilem in infera pleuritide agnoſcat, purgationi velut ſecuriorem anteponit. Hinc in *introduct. capit. de humorib.* & alibi paſſim in curatione pleuritidis adhibendam eſſe venæ ſectionem docet, ſed e qua parte, e quo latere, e qua vena, non addit. Neſcius tamen non ſum, eundem Galenum ægrum quendam, lateris dolore tentatum, & ſanguineo ſputo vexatum, non adhibita venæ ſectione, ſed conuenientibus aliis remediis, ſanauiſſe, vt ipſe refert *Comment. in part. vlt. ſect. 3. libr. 6. Epid. & Comment. 3. in part. 33. libr. Hippocr. de humorib.* Quin etiam *Comment. 4. in libr. de vict. in acut. part. 76.* non ſolum ſe quarta die medicamentum catharticum pleuriticis exhibuiſſe, ſed & prima, & ſecunda, & tertia & quarta & interdum quinta profitetur. Attamen a venæ ſectione pleuriticorum curationem ſemper auſpicandam eſſe, vbique fere prodidit. Non de- [pag. 6.] ſunt vero, *qui illum fingant in pleuritide ex oppoſiti brachii vena ſanguinem detraxiſſe, quod aſſerat *Comment. in Aphor. 68. ſect. 5.* ἀντίσπασιν ad contraria fieri, ſecundum longitudinem quidem ſupra & infra, ſecundum latitudinem hinc & inde, hoc eſt a dextris

&

Digitized by Google

& ſiniſtris, ſecundum altitudinem ante & retro. Verum nominatim celebrandam eſſe venæ ſectionem ex eodem latere, millies inculcauit, *Comment.* 4. *in libr. de vict. in acut. part.* 73. *libro de curandi rat. per ſangu. miſſ. cap.* 14. 15. 16 *&* 18. *libr.* 2. *ad Glauc. cap.* 2. *libro de præſagio experientia confirmato cap.* 4. *&* *libro* 2. *de dinamidiis cap.* 202.

Galeno adiungam auctorem libri de anatomia viuorum, quod inter ſpurios Galeni habeatur, quamuis exiſtimem, eum auctorem ex Arabum familia fuiſſe. Quisquis ille ſit *cap.* 28. commemorat, venas iugulares aperiri in principio lepræ, fortis anginæ, anguſtatione anhelitus, aſthmate acuto, raucedine vocis, apoſtemate pulmonis, ſpirandi difficultate, quæ ex multo ſanguine ſit calido, & in ægritudinibus ſplenis & laterum. Quod hodie etiamnum vſurpari apud Aegyptios, Arabas, Abyſſinos, poſtea obſeruabimus ex Proſpero Alpino. Auctor lib. de anatom. viuorum eſt Arabs. Iugulares ſectæ in pleuritide.

ARETAEVS Cappadox, ſeu is Galeno ſuperior, ſeu (quod crediderim) tempore fuerit æqualis *libr.* 1. *de curat. acut. morb. cap.* 14. Initio pleuritidis venam tundendam eſſe conſulit, non eius brachii, quod ſecundum rectum in- Aretæus circa an. Chriſti 150.

[pag. 7.] Aretæus Archigenis ſectarius.

*inceſſum inflammatis coſtis opponitur, ſed alterius, quod ſatius ſit maxime procul abducere: ex quo apparet, illum Archigenis non Galeni fuiſſe ſectarium.

Quo fuerit tempore Stephanus, non conſtat: inter veteres tamen haberi debet. Stephani ſententia de reuulſione.

Inter Græcos veteres locum occupabit vltimum STEPHANVS Atheniensis, quem e ſtylo nondum inquinatis græcæ puritatis fontibus ſcripſiſſe coniicio, cum de tempore, quo floruerit, certi nihil habeamus. Is *comment. in libr.* 1 *Gal. de curat. ad Glauc. part.* 181. de reuulſione κατ' ἴξιν verba faciens, monet, naturam totum corpus compoſuiſſe ex ſolidis, humidis & ſpiritibus, ipſumque bipartito ſecuiſſe, veluti quadam linea, duas ipſius partes diſtinguente, eo conſilio, ne, dum vna pars eſt affecta, totum corpus ſimul afficiatur. Hincque conſpirationem vnam confluxionemque vnam eſſe dextrorum ad dextra, ſiniſtrorum ad ſiniſtra. Ac ſpiritum quidem per carnem & os permeare (tenuiſſimarum enim eſt partium) ita vt nihil ipſi ſit inuium. Quod ergo omnia permeet, ipſum continuum ſibi eſſe, eum quidem, qui in dextra parte eſt, ei qui eſt in dextra: qui vero in ſiniſtra, ei qui eſt in ſiniſtra. Ex quo licet colligere, in pleuritidis cura-

curatione eum e directo inſtituendam phlebotomiam voluiſſe.

Non abs re fuerit, ſuperioribus medicis adſcribere veteres ἱππιατροὺς, veterinarios medicos, qui iisdem indicationibus vtuntur iisdemque remediis in profligandis equorum affectibus, quibus ἀνθρωπιατροί: cum præ*ſertim conſtet artem eam vetuſtiſſimam eſſe, vtpote tributam Chironi Centauro medicinæ inuentori, qui, quod hominibus & equis mederetur, altera parte homo, altera equus fuiſſe dicitur.

Itaque ABSYRTVS Pruſienſis & Nicomedienſis, ſub Conſtantino M. miles *libr.* I. *veterin. medic. cap.* 8. in curatione κριθιάσεως (quam vulgo Forbeuram dicimus, quæ nihil eſt aliud quam pleuritis equorum) imperat, ſtatim ſanguinem detrahi ex venis exterioribus vel interioribus brachiorum, hoc eſt, crurum anteriorum circa μεσοκύνιον, latini ſuffraginem dicunt, ſequenti vero die ex iisdem venis & locis pedum poſteriorum. Id ipſum HIEROCLES repetit, *eodem cap.* in quo poſtea nihilominus obſeruatur detrahendum primo eſſe ſanguinem ἀπὸ τοῦ ὑρανισκοῦ ex palato ἐκ τοῦ τὰ ἀριστερὰ μέρη ſiniſtrorſum, deinde vero ἀπὸ τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν ἀπὸ τῆς

b ἔσω

Chiron medicinæ auctor Pind. ode 3. Pyt. veterinarium [pag. 8] opus (o) ſcripſit Suid. vide Nata. Comit. in Mytol.

Abſyrtus floruit circa an. Chr. 330. Itali hunc morbum vocant l'orzum. Cæſ. ſtatchi

βραχία in equis ſunt pedes anteriores, ſic Hiſp. & Galli de equo pedes anteriores vibrati dicunt, faire des manes des, & dextrum

pedem equi anteriorem vocat, la main de la lance, ſiniſtrum, la main de l' eſtrier.

ἔσω μέρους ἐπάνω τοῦ γόνατος, e cruribus poſterioribus & inferioribus ſupra genu.

medici Græci iuniores.

Cum e veteribus Græcis plures non habeamus, quorum monumenta tradućta poſteris de venæ ſećtione in pleuritide meminerint: ad iuniores transgrediamur, Oribaſium, Aetium, Trallianum, Aeginetam, Nonum, Aćtuarium, Nicolaum, quidue de ea [pag. 9.] quæſtione *apud eos cautum fuerit, exponamus.

Oribaſius floruit circa an. Chriſti 330.

Eius ſententia de venæ ſećtione in pleuritide.

ORIBASIVS, vt nonnulli volunt, Pergamenus, alij, Sardianus, Iuliano apoſtatæ familiaris, non multum ab Hippocratis opinione receſſit *libr.* 9. *ſynopſ. cap.* 7. dum in exquiſito & valido lateris dolore, ad iugulum pertinente, phlebotomia opus eſſe ſcribit, purgatione vero dolore ad præcordia deſcendente. At ſi dolor duntaxat moderatus ſit & remiſſus, magnum admodum auxilium dicit non poſtulare. Ex Galeno tamen *libr*, 1. *ſynopſ. cap.* 10. In lateris dolore eam venam, quæ rećta ad locum affećtum pertinet, aperiendam præcipit, & id ipſum confirmat ex eadem mente *libr.* 7. *collećtan. cap.* 5. quoniam pleuriti-

cis

eis ſanguinis miſſionem, e directo laborantis lateris adhibitam, euidentiſſimam ſæpe vtilitatem afferre, quæ vero ex brachio oppoſito facta ſit, aut omnino obſcuram, aut certe tardam, conciliare a medicis fuerit obſeruatum.

AETIVS, (quem Amidenum potius opificii [obſequii, ὀψικίου] Comitem, quam hæreſiarcham illum á Conſtantino Imperatore in exilium relegatum, non inficior) modo Galeni, modo Archigenis ſecutus opinionem, propriam non aperit. Quid vero ſenſerit cum Aſclepiade, ſupra explicatum eſt: cum Galeno autem *tetrab*. 1. *ſerm*. 3. *cap*. 12. in pleuriticis venam e directo affecti lateris ſecat. Aetius vixit circa an. Chriſti 350.

ALEXANDER *Trallianus libr*. 6. *cap*. 1. & PAVLVS ab *Aegina libr*. 3. *de re med. cap* 33. in ſupera pleuritide venam tundendam, in infera *purgandum corpus eſſe volunt. Attamen notant, recentiores medicos, turbationem ex purgatione veritos, omnibus venam ſecare; quam autem venam intelligant, non apponunt. Incongruum vero non videtur Alexandro, iis præſertim in quibus non adeo magna ſanguinis copia in venis ſuperare videtur, ſcarificationes acutiſſimo ſcalpello eſſe adhibendas, & facta ſcarificatione cucurbi- Ille floruit circa an. Chr 360. [pag. 10.] Hic circa an 380. Nota.

 tulas.

tulas. Atque hoc pacto mirari licet, (inquit) quomodo inde etiam dolor qualiscunque fuerit, licet vehementiſſimus conquieſcat, vt neque alio præſidio indigeat.

Nonus circa an. Chri 950.

NONVS, qui ſub Conſtantino Duca Porphyrogenita floruit, ſcribit *libr. de omnium particularium morborum curatione cap.* 129. περὶ πλευρίτιδος, in eo morbo cum dolor ad iugulum vsque proceſſit φλεβοτομητέον, cum vero ad præcordia, κάτω καθαρτέον. Recentiores tamen medici (inquit) δεδιότες τὴν κάθαρσιν, formidantes purgationem, πάντας φλεβοτομοῦσι, κλυστηρίοις δὲ δριμυτέροις χρῶνται.

Actuarius circa an. 1100.
Nicolaus circa an. 1200.

Superſunt e Græcis ACTVARIVS & NICOLAVS: ille *libr.* 4. *Method. med. cap.* 4. ſanguinis miſſionem, omiſſa qua debet fieri parte, commendat, etiam iteratam ac repetitam, ſi opus fuerit. Hic, quia de medicamentis ſolum agit, medicamentorum tantum meminit, quæ pleuriticis conueniunt, nulla facta phlebotomiæ mentione: proinde etiam ab eius auctoritate, ali-
[pag. 11.] orumque eius generis me*dicorum, ſuperſedemus. Eodem quoque in ordine reponimus remedia DOMNINO Iudæo & cuidam Lucio Aeſculapii oraculo præſcripta, quorum meminere

SVI-

Digitized by Google

SVIDAS, MERCVRIAL. *libr. primo artis gymn. cap.1.* & poſt eos THEOD. ZWINGERVS *in Theatr.*

Hactenus (amice lector) diſſentientes audiuiſti medicorum Græcorum de pleuritidis curatione ſententias. Ex quo duo maxime recepta & probata potes colligere: primum ſanguinis profuſionem apud omnes recentiores receptam & vſitatam fuiſſe, poſthabita purgatione, in quacunque pleuritide; vt ex Tralliano, Aegineta & Nono annotauimus: alterum venæ ſectionem e directo lateris affecti potius, quam ex oppoſito, celebratam omnium pene conſenſu.

Ex Græcis duæ concluſiones eliciuntur.

1. concluſ.

2. concluſ.

Veniamus porro ad Arabas & Barbaros, apud quos, vt teſtatur CARDANVS, Arabum alias Paranymphus & vindex, *libr.* 1. *contradict. medic. tract.* 2. *contrad.* 8. plures ferme ſunt opiniones quam homines: ſinguli enim etiam diuerſa ſentiunt, nec vnquam quieſcunt, ſed diuerſa via progrediuntur, vt in teſtibus falſis, cum diligenter de eadem re interrogantur, accidere ſolet.

Arabum & Barbarorum diſſenſus de phlebot. in pleuritid. Cardani verba.

Inter vetuſtiſſimos Arabas, prætermiſſo Euace rege, qui de plantis ſcripſit ad Neronem, referente PLINIO

Euax rex Arabum circa an. Chriſti 50.

libr. 24. *natural. hiſtor. cap.* 2. recenſentur Iſaac, Serapion, Auenzoar.

Iſaac circa [pag 11] an. Chriſti 660.

Iſaac Iſraelita, Salomonis Arabiæ regis *filius adoptiuus *libr.* 6. *pract. cap. de pleureſi*, oportet, dixit, in initio, ſi dolor furculas ſalierit, per antiſpaſin phebotomare, vt materia oppoſita diuertatur. Si vero materia quieſcat, phebotometur ſecundum locum infirmum: quod pene repetit *libr. feb. cap.* 19.

Serapion Arab circa an. 742.

Serapion obſcurus & perperam expoſitus a Rhaſi.

IO. SERAPION (non ille cuius meminit Cicero & Celſus *procemio libr.* 1. ſed qui tempore Leonis Imperatoris circa annum Chriſti 742. inclaruit) omnium ferme primus tenebras huic difficultati offudit, ſiue id illi vitio gentis ſiue interpretum contigerit. Nam *tract.* 2. *cap.* 21. in materia calida & aſcendente dolore ſecat baſilicam, cuius lateris non addit, exponit RHASES oppoſiti, *libr.* 4. *contin.* Deinde ſi adhuc materia fluat, retrahendum eſſe dicit ad locum continuum ei ex dorſo ad longitudinem: Quid velint hæc verba Rhaſes interpretatur, & exponit, ſecandam eſſe ſaphenam eiusdem lateris. Vbi demum fluxio conſtitit, ex loco affecto, id eſt, ex brachio lateris eiusdem, ſanguinem detrahendum conſulit.

AB-

ABHVMERON Auenzoar (ſic ab Auerroe dictus eſt) *libr.* I. *ſui Theiſir debalmodana Vabeltabits tract* 16. *cap.* 3. ſanguinem detrahit ex baſilica lateris oppoſiti: inuehiturque in medicos nouos ſui temporis, qui detrahebant ſanguinem ex eadem parte ægritudi*nis, adductis ad eam rem (vt ipſe loquitur) logicis & ſophiſticis quibusdam rationibus; ſed ſe credere ait, certiſſime eiuſcemodi phlebotomiam ægros ad mortem præcipitare.

Is fuit Hebræus, quem credo vixiſſe tempore regis Maymon, qui Almage- [pag. 13.] **ſtum Ptolemæi e Græco in Arab. linguam transtulit circa an. 827. licet aliter habeatur in ſupplem. Chronic. & aliis pene omnibus Chronologis.**

Ad recentiores Arabas pertinent hac ipſa ferme, qua floruerunt, ſerie Rhaſes, Auicenna, Meſuæus, Rabi Moyſes, Auerroes, Haliabbas, Alpharabius.

Series Arabum iuniorum.

RAHZES *libr.* 9. *ad Almanſorem cap.* 57. in dolore lateris ad clauiculam perueniente ſanguinem ex axillari vena partis dolentis eſſe mittendum ſcribit, niſi adſit plenitudo: tum enim ex oppoſito latere detrahit: libro vero I. *diuiſionum ad almanſ. cap.* 54. vult, pleuriticis ſanguinem eſſe detrahendum primum ex baſilica lateris oppoſiti, deinde tertia die ex latere dolenti. At *libr. contin. ad finem* ex Serapionis

Rhaſes floruit circa an. 966. quo tempore regnabat Almanſor rex Cordouben.

 men-

mente, initio ſanguinem mittit ex manu oppoſiti lateris, deinde ex ſaphena lateris affecti, poſtremo ex manu affecti lateris.

Auicenna Perſa non Cordubenſ. natus an. 982. ob ſcuritatem affectauit.

AVICENNA Perſide natus circa an. 982. plurima ambigua, obſcura, dubia, pugnantiaque, ne reprehendi poſſet, de hac quæſtione protulit, vt notat CARDANVS loco ſupra adducto. At enim *libr.* 3. *fen.* 10. *tract.* 5. *cap.* 1. ſuadet, in principio mittendum eſſe ſanguinem ex latere diuerſo, dein continuo ex ſaphena oppoſita in longitudine, tertio ex baſilica oppoſita in latitudine, quarto ex nigra (hoc eſt mediana) oppoſita in latitudine, aut ea non apparente, ex cephalica, vltimo interiectis aliquot diebus ex latere con-
[pag. 14.] ueniente in latitudine. *Adiicit ſequenti capite, quid in decliui, & infera pleuritide ſit moliendum, phlebotomiane an cathartico vtendum. Sed quoniam (vt ait noſter Briſſotus) Barbarus ſermo nullum intellectum proprium habet, idcirco hæ barbari auctoris ratiocinationes vix habent ſenſum, in quem trahi aut deduci certo poſſint. Videamus ergo, num cæteri ſint dilucidiores.

Meſuæus circa an. 1158.

IOAN. MESVAEVS, regia ſtirpe ortus, *libr. de ægritudinibus cap. de*

pleu.

Digitized by Google

pleurit. dum materia fluit, aſcenditque dolor ad clauiculam, ad auertendam fluxionem baſilicam oppoſiti lateris aperiendam monet, &,vbi abeſt plethora, ſaphenam etiam partis oppoſitæ: cucurbitulas præterea cruribus appoſitas & extremorum frictiones laudat. Si vero dolor decliuior fuerit, primo enema iniiciendum conſulit, mox, vrgente neceſſitate, venæ ſectionem probat; tum e baſilica partis oppoſitæ, tum e ſaphena. Septimo die tranſacto cucurbitulas & ſine & cum ſcarificationibus parti dolenti apponendas præcipit. Vbi denique quod influxit ſubtrahendum eſt, phlebotomia vtitur e baſilica partis,quæ ſequitur dolorem, facta vsque ad coloris ſanguinis permutationem.

pontif. Adria. filium habuit medicum Ioan. Damaſc.

RABI MOYSES, Cordubenſis potius quam Aegyptius,vt placetGuillandino, *partic.* 25. *Aphoriſm.* ſuorum hæc habet. Galenus (inquit) probauit in pluribus locis, quod materiæ apoſtematum calidorum in principio ſui fluxus, & tempore augmenti & ſtatus ſui, ſunt *extrahendæ per oppoſitum & diuerſum: & ſtatu completo & humore non fluente in membrum, inueterato ibi & in lapidem conuerſo, extrahendæ ſint per idem membrum re-

Is floruit circa an. 1160. Melch. Guilland. part. 29. membr. 4. comm. de Papyro. [pag. 15.]

repletum, ſi fuerit poſſibile, vel per membra proxima magis ſibi, & de hac radice ſatis Galenus & Hippocrates ſunt locuti, & hoc ſanum eſt & ſupra hanc radicem ars medicinæ totaliter eſt fundata & ipſius vtilitas experimento monſtratur. Hæc ille, quo poſt primum illum Moyſem, Iudæorum fortiſſimum per mare rubrum ductorem, nemo doctior inter Hebræos publica eruditorum confeſſione celebratur.

Idem Guiland. loco citato.

Auerroes floruit circa an. 1170.

AVERROES, perpetuus Ariſtotelis commentator 7 *Collectaneorum* Galenum ſibi in hac materia contradixiſſe affirmat. Ipſe quoque videtur ſediſſe ambiguus. Nam *libr.* 30. *de curandis morb. excuſo Lugduni an.* 1537. ex eodem latere mittit ſanguinem: at 70. *collectan.* in inflammationibus partium thoracicarum & epigaſtricarum, vbi antiſpaſi vtendum eſt, ſecat partem oppoſitam, dextra nimirum laborante ſiniſtram, ſiniſtra dextram.

Suppl. Chr. auctor facit Zoarem coæuum Auerrois.

HALIABBAS, quia, vt nonnullis viſum fuit, idem omnino eſt cum Iſaaco, licet diuerſos habuerint interpretes, idcirco ne latum quidem vnguem ab Iſaaci ſententia recedit.

Is σύγχρονος fuit Hali

ALSHARAVIVS ſiue ALPHARABIVS *libr. pract. tract.* 12. *cap. vlt.* rationem mittendi ſanguinis pro ratione hu-

humorum inflammationem commit- tentium vſurpat. Etenim in inflam- mationibus a ſanguine initio & primo die *pleuritidis ſecari baſilicam oppo- ſiti lateris iubet, dein quarta die, vbi confirmata eſt ægritudo, venam aperit brachii dolentis lateris. Quoties vero bilioſus ſanguis inflammationem fo- uet, baſilicam eiusdem lateris tundit.

Abbati & Auerroi.

[pag. 16.]

Arabibus annumerantur Barbari, quotquot pene ſcripſerunt ab eo tem- pore, quo Saraceni ſeu Arabes non mo- do Aegyptum, Aſiam vtramque, Græ- ciam & Africam, ſed etiam Hiſpani- am, Italiam quoque ipſam, inunda- runt: quo vsque capta Conſtantino- poli per Othomanos & in eorum diti- onem ſubacta Græcia, profugi doctiſ- ſimi quique e Græcis ſeſe in Italiam re- cepere, ibique domum Medicæam, litteratorum alumnam, inuenere. Tum enim pulſa barbarie, Barbaro- rumque ſcriptis, radius melioris litte- raturæ effulſit, & exules muſæ, poſtli- minio redeuntes, monimenta veterum Græcorum, excuſſo puluere & ſqual- lore, quo ſordebant, in lucem & aſpe- ctum produxere.

An. Chriſti 712. ingreſ- ſi ſunt Hi- ſpaniam e freto Her- culeo per fluuium Bætim Sarraceni.

Romana ſuburbia deprædati ſunt an. 846. cum iam Bene- uentum occupaſ- ſent a. 841.

Capta Con- ſtantinop. a Mahume- te an. 1453. Theod.

Gaza, Argyropylus, Laſcaris, Trapezunt. & alii in Ita- liam ſeſe recepere: ante illos litteras Græcas apud Ve- netos docuerat Emanuel Chryſoloras, Conſtantino- politanus.

Eo

ἀπόφασις Barbarorum med. pe celebrium.

Eo itaque ſæculo barbaro & ferreo huius quæſtionis meminere præ ceteris Conſtantinus Afer, Platearius, Petrus Aponenſis, Gordonius, Nicolaus Florent. Gentilis, Villanouanus, Guido de Cauliaco, Valeſcus de Tarenta, Matthæus de Gradibus, Galeatius, Iaco*bus de Partibus, Arculanus, Hugo Senenſis, Gattinaria, Montagnana, Guaynerius, de Tornamira, Sauanarola, Sillanus de Nigris, Alexander Benedictus, Clementius Clementinus, omnes Arabum ſectatores ac pene interpretes, aut commentatores, ac proinde in eandem fere conſpirantes ſententiam. [pag. 17.]

Vixit circa an. 1080. nam dicauit ſuum librum Deſiderio Abbati, qui an. 1086. inuitus Pontif. Max. electus eſt & vocatus Victor 3. Nullum is citat ex Arabibus

CONSTANTINVS AFRICANVS, montis Caſſinenſis monachus, barbaro illo ſæculo linguarum peritiſſimus ac proinde Galeni doctrina leuiter tinctus *libr. 3. de morb. cognit. & curatione cap. 12.* in ſanguinea pleuritide baſilicam aperit de latere, vbi infirmus patitur, antequam dolor augeatur, maxime quidem ſi ſurſum aſcendat: nec videtur phlebotomiam admittere, niſi in ſanguinea pleuritide & cum æger validus eſt: libro vero *de remediis & ægritudinibus cognoſcendis* in aſcendente dolore phlebotomiam pro-

probat, nulla facta limitatione, in deſcendente ſuaue lenitiuum. præter Ioan. Damaſcenum, ſed (vt puto) Græcum intelligit, non Arabem, nonnulla tamen furatus eſt ex Iſaaco. Collocatur tamen a Ioan. Tritemio libr. de ſcriptoribus eccleſiaſticis inter an. 880. & an. 900. ſed mendoſe, floruit vero Damaſcenus monachus Benedictinus, an. Chriſti 484.

IOANNES PLATEARIVS *Salernitanus*, prout citatur a Nicolao Florentino *ſermone 4. tract. 2. cap.* 22. rubrica de apoſtemate hepatis dicit, in principio illius apoſtematis phlebotomiam celebrandam eſſe de latere ſiniſtro, ac proinde ſenſiſſe idem de pleuritide videtur. Platearius ante an. 1300.

*PETRVS APONENSIS, *Putauinus*, dictus Conciliator, ſub Clemente quinto Pontifice Max. magiæ accuſatus & damnatus, *libro ſuo different.* 112. in pleuritide fluente materia & in corpore plethorico ex oppoſito latere detrahit ſanguinem: non fluente vero ex eodem. Vbi autem inflammatio eſt in mediaſtino (quod panniculum pectus diſtinguentem vocat) vtrumque latus, ſed dextrum potius, ſecari poſſe dicit. At quoniam plerumque medici collecta iam materia aduocantur, idcirco (inquit) contingit ſæpius eiusdem lateris venam aperiri. Notan- [pag. 18] Is floruit an. 1300. obiit vero pendente lite 1305. eiusque effigies flammis tradita.

tan-

tandum porro eſt, illum, cum latera nominat, nec brachiorum, nec crurum meminiſſe.

Gordonius floruit circa an. 1305. BERNARDVS GORDONIVS, *Montiſpeſſulanæ* academiæ quondam decus, circa pleuritidis initia corporeque plethorico tundit baſilicam lateris oppoſiti aut ſaphenam directam, poſtea vero eiusdem partis baſilicam. Cuius rei rationem ſubiungit, quod in corpore plethorico, atque initio pleuritidis, ſi partis affectæ baſilica aperiretur, venæ eius capillares cum venis capillaribus coſtarum ſuperiorum nutritioni dicatis coeuntes, traherent ad locum inflammatum, inde ægritudo augeretur: exhauſta vero plethora & confirmata ægritudine, ſi e parte oppoſita detraheretur ſanguis, materia corrupta & putris ad partes nobiles raperetur. concludit ergo, mittendum eo, quo propoſuit, modo ſanguinem.

Nicolaus [pag. 19.] obiit an. Sal. 1312. NICOLAVS, vulgo NICOLVS, patria *Floren*tinus*, ſecandam eſſe ſaphenam cum Auicenna proponit, in quem ſenſum trahit ſententiam Galeni, quæ habetur *Comment.* 2. *in libr. de vict. in acut. part.* 10. Deinde alienam potius quam propriam adducit concluſionem. Cum extitiſſe dicat, qui nihil intereſſe arbitrarentur, vtro in latere ſe-

ſecaretur vena, cum vtraque baſilica æqualiter a trunco venæ cauæ aſcendenti procedat, nec aliquid hauriat a ramis venarum, partes pectoris nutrientium, quoniam ſupra ipſos ramos oriantur, nec vllam cum illis communionem obtineant: fieri propterea, vt vtrauis ſecta æquale contingat iuuamentum, vbi ſaltem materia eſt collecta. Attamen difficultati ſic reſpondet, experientiam potiorem eſſe ratione, ac proinde ſequendos eſſe medicos, qui, quod docuerunt, experientia comprobatum habuere.

GENTILIS FVLGINAS, ſiue de Fulgineo, *Peruſinus*, exactiſſimus Auicennæ enarrator, *Comment. in eius Canon.* illi & Meſuæo ſuffragatur, hac diſtinctione adhibita: quod vbi adeſt plethora vniuerſi corporis, tam ſuperiorum, inquam, quam inferiorum partium, cum Meſuæo mittendus ſit ſanguis e ſaphena lateris oppoſiti, ne, ſi ſaphena aperiatur ex eodem latere, ſanguis, qui turget & toto corpore catullit, agitetur & magis magisque ad affectas partes viam affectet. Cum autem obiicitur, non eſſe moliendam antiſpaſim per duas diametros, reſpondet, de materia, quæ iam influit, illud eſſe intelligendum, non de ea, de cuius *fluxione

Gentilis floruit circa eundem an. 1312.

pag. 20.]

ſu-

ſuſpicio eſt. Addit quoque, diametros illas duas eſſe ratione affectæ partis, quæ fluxionem iam excepit, non vero ratione partium, ex quibus ſuſpicamur fluere poſſe materiam. Quotiescunque vero ſucci tanta copia non luxuriant, e ſaphena eiusdem lateris cum Auicenna ſanguinem detrahit.

Villanouanus natus an. 1300. floruit circa an. 1340.

ARNALDVS VILLANOVANVS, peritia linguarum & medicinæ, quam aſſiduo docendi munere Pariſiis profitebatur, celeberrimus, niſi eam gloriam prædictionibus aſtrologicis de proximo anti-chriſti aduentu decoxiſſet, *libr.* 4 *Breuiarii pract.* cum Hippocrate *libr.* 2 *de vict. in acut.* baſilicam aperit, intelligit autem oppoſiti lateris baſilicam: nam & Rhaſes ex Galeno & Gentilis ex Hippocrate dicunt, detrahendum ſanguinem ex parte oppoſita. Ex quo apparet, vt notat Leonardus Iacchinus, *Comment. in libr.* 9. *Rhaſis cap.* 39. Arabas & Barbaros legiſſe Hippocratem & Galenum in contrarium: cum Hippocrates & Galenus contrarium omnino & dicant & ſentiant.

Nota,

Guido opus chirurgicum publicum fecit 1363.

GVIDO de CAVLIACO, pontificis max. Vrbani quinti medicus, *tract.* 7. *operis chirurgici, cap.* 1. *de phlebot.* in pleuritide, fluente adhuc materia, ex

oppo-

Digitized by Google

oppoſita parte profundendum ſanguinem ſcribit, amplius non fluente ex directa, conaturque verba Auicennæ & Auenzoaris in hunc ſenſum trahere & detorquere.

VALESCVS de TARENTA, Monſpelienſis medicus, Caroli ſexti regis chriſtianiſſimi *ἀρχίατρος libro 9. Philonis*, ad reuulſionem pleuritidis initio baſilicam oppoſiti lateris ſecat, circa quartam diem baſilicam affecti, ad materiæ coniunctæ euacuationem. Valeſcus circa an. 1380. [pag. 21.]

MATTHAEVS de GRADIBVS, ſeu GRADIVS, *Mediolanenſis, Comment. in 9. Rhaſis ad Almanſ.* opinionem Auicennæ non ſolum probat, ſed etiam Galeni verba *libr. de curandi rat. per phlebot.* in eum ſenſum deflectit, brachium enim oppoſitum exponit pro directo, directum pro oppoſito. Conuolat etiam in ſententiam Meſuæi de ſectione ſaphenæ oppoſitæ: & tandem cum Hippocrate concludit, vbi plenitudo admodum eſt exigua, interdum forſan ſufficere detractionem ſanguinis ex latere affecto, cum ex ipſo etiam reuulſio, licet raro, fiat. Vixit ante an. 1400.

GALEATIVS de SANCTA SOPHIA, *Patauinus*, Rhaſis commentator Galeat. floruit circa eundem an. 1400.

tor imperat *cap.* 57. *Comment.* in pleuritide vera, cum ſolus eſt in vitio ſanguis, detrahi ſanguinem ex oppoſita parte, ſecta vena communi vel baſilica, præmiſſo tamen enemate: in notha vero, eaque a vento ſeu ſpiritu commiſſa, carminatiuis & reſolutionibus vtendum præcipit.

Iacobus de Partibus circa an. 1423.

IACOBVS de PARTIBVS, Caroli ſeptimi chriſtianiſſimi regis & Philippi Burgundiæ ducis medicus, non recedit ab opinione Auicennæ, cuius canones diffuſa & prolixa commentatione illuſtrauit.

Arculanus circa an. 1430. [pag. 22.]

IOANNES ARCVLANVS, Bononiæ & Patauii circa an. 1430. profeſſus medicinam, ſaphe*nam quatuor caſibus aperiendam docet: primo cum adeſt plethora & plurimus humor corruptus in corpore, 2. cum materia venenata eſt aut veneno proxima, 3. cum periculum eſt influxus humoris ad caput & nobiliores partes, 4. cum ſuppreſſa eſt eo tempore ſolemnis aliqua euacuatio. His conditionibus aperit ſaphenam oppoſiti quidem lateris, cum magna ſubeſt plethora, directi, cum minor, nonnumquam etiam vtriusque: vbi hæc deſunt, feſtinat ad miſſionem ſanguinis e baſilica oppoſita (modo dolor latus dextrum non occupet,

cupet, ſic enim detrahendo ſanguinem a ſiniſtra baſilica putris materia traheretur ad cor) & tandem lateris affecti baſilicam ſecat. Sed quoniam miſſionem ſanguinis toties repetitam reformidat, vbi non adſunt præmiſſæ limitationes, intra tres primos dies, repleto corpore, baſilicam oppoſitam aperit: prima quidem & ſecunda die in manu, tertia in brachio, & demum ſi neceſſitas vrgeat baſilicam lateris dolentis: exigua autem exiſtente plenitudine, vel elapſo die tertio, longe vtiliſſimum eſſe dicit, ſi baſilica partis affectæ ſecetur.

HVGO SENENSIS, vir promptiſſimæ doctrinæ & Parmenſis academiæ primus & primarius ſub Nicolao Heſtenſi marchione profeſſor, Auicennæ ſententiam, cuius elucidator fuit & commentator, ſic amplexus eſt, vt ab ea ne latum quidem vnguem abierit, aut deflexerit. Hugo obiit an. 1438.

*MARCVS GATTINARIA, Ticinenſis medicus *Comment. in 9. Rhaſis ad Almanſ.* initio morbi ex oppoſita parte, hoc eſt, vel ex brachio vel ex crure, ſanguinem minuit, eo procedente, ex directo brachio. [pag. 23.]. Gattin. circa an. 1440.

BARTHOLOMAEVS MONTAGNANA, medicus & chirurgus magni Montagn. circa eund. an. 1440.

Digitized by Google

nominis, *libr. conſultationum conſult.* 96. modo purgat, modo detrahit ſanguinem ex affecta parte: ſed cum agat de pleuritide contumaci, quæ nondum ceſſerat remediis: ibi nec ex inſtituto, nec a principio morbi cuiusuis pleuritidis curationem exequitur, ſed particularis illius, de qua conſulebatur, *conſultat. vero* 94. vbi agitur de apoſtematibus profundis thoracis, educit ſanguinem de parte contraria, ad vnc. 5. vel 6. *conſultat.* 95. in muliere grauida aperit ſaluatellam partis patientis, e qua ſanguinem detrahit ad vnc. 4. vel 5. ſi vero perſeueret dolor, detrahit ſanguinem e parte aduerſa.

Guayner. claruit tempore Concil. Baſilienſis an. 1440.

ANTONIVS GVAYNERIVS, *Papienſis*, initio pleuritidis ex oppoſita parte celebrandam ſanguinis miſſionem ſuadet, quod quidem initium ab illo definitur, quouſque ſputum fluere incipiat. Per oppoſitam vero partem, brachium vel crus intelligit, licet non vereatur ſaphenam quoque aperire partis affectæ, nondum fluentibus ſputis.

de Tornamira circa an. 1450.

IOANNES de TORNAMIRA, Montiſpeſſulanæ academiæ decanus, *clarificat. in 9. Rhaſis ad Almanſ. cap. de pleureſi*, cum Rhaſi ſecat in principio venam brachii oppoſiti, e qua plu-

Digitized by Google

plu*rimum ſanguinis detrahit, idque repetita ſectione: 2. die catharticum blandum propinat, tertio die phlebotomiam inſtituit ex eodem latere, ex quo (vt ait) vna cum Galeno commode poſſet educi ſanguis etiam in principio, niſi adeſſet plethora. Abſtinet porro a phlebotomia, quoties ſputum incipit apparere. [pag.24.]

IOAN. MICHAEL SAVANAROLA, *Patauinus*, Hieroſolymitanus eques, diſcipulus Antonii Cermiſoni, qui anno Sal. 1467. Patauii admodum ſenex obiit, *Tract.* 6. *cap.* 4. *rubrica* 13. 1. in materia ſanguinea ſanguine commiſta, fluente ea & habente raptum ad furculam, ſtatim initio ex baſilica lateris oppoſiti ſanguinem fundit: ea vero exiſtente in fluxu ad hypochondrium præpoſita clyſterizatione ſanguinem quoque profundit ad mutationem ſanguinis vsque. 2. in pleuritide a materia furioſa, qualis ſuo tempore ſæuiit anno 1440. prohibet, ne detrahatur ſanguis, vt neque in phlegmatica pleuritide. 3. Auicennam & Meſuæum explicat, ſic vt principio principiante magis conueniat ſectio ſaphenæ ex oppoſito pede, in principio vero non principiante magis e directo: vel certe duabus conditionibus oppoſi-

Sauanarola floruit ab an. 1440. vltra an. 1480.

tam ſaphenam ſecandam eſſe docet, 1. exiſtente in toto plenitudine, ſecundo, cum ſit raptus humorum ad caput. Vltimo, ſi poſt adhibitam phlebotomiam non ſedari accidentia contingat: eam non eſſe iterandam conſulit, ne materia congeletur.

[pag.25.] Circa an. 1490. *SILLANVS de NIGRIS, Papienſis medicus, cuius *Comment. in 9. ad Almanſ.* exiuere an. 1490. ſcribit, in corpore plethorico phlebotomiam eſſe celebrandam vel ex parte oppoſita vel ex ſaphena eiuſdem lateris: in corpore vero non plethorico, cum materia eſt in fluxu, etiam ex parte aduerſa, cum autem iam fluxit & confirmata eſt, e directa.

Floruit & ſcripſit circa an. 1500. ALEXANDER BENEDICTVS, imperante Maximiliano Venetiis celeberrima fama medicus, in maxima humorum copia venam vtriusque tali & cubiti aduerſi ſecat: ſi minor, venam tali directi: maxime quidem cum dolor diaphragmatis coſtas occupat; tunc enim fruſtra e cubito detrahi ſanguinem ex Galeni mente arbitratur. Nonnullos ait e genu quoque ſanguinis miſſionem moliri. At cum dolor eſt ſupra ſeptum tranſuerſum, nondum collecta materia, oppoſiti brachii venam aperit, iecorariam, ſi fieri poſſit,

ſin

-ſia minus, communem & mediam: dum collecta eſt materia, venam lateris affecti. Et quia raro a pauperibus, niſi collecta materia, aduocantur medici, idcirco ſæpe vſu venire dicit, vt in pauperibus ex brachio affecti lateris ſanguis detrahatur.

CLEMENTIVS CLEMENTINVS, *Amerinus*, vbi exonerata eſt aluus enemate, aut aliquo electuario lenitiuo, phlebotomiam adhibet diuerſiuam, quam citius fieri poteſt, vel certe ante quartum diem, ex vena baſilica aut communi lateris oppoſiti, iterandam ex eadem vena ſub veſperam eius diei, aut auroram ſe*quentis. Poſt quartum ægritudinis diem ex baſilica, aut communi eiuſdem lateris, bis in die, aut duobus diebus continuis, ſanguinem minuit, qualibet vice ad libram mediam, habita ratione corporis & virium. Cum acris eſt materia & febris acuta, phlebotomia auerti phrenitidem, præſertim facta ex ſaphena ad diuertendum & ex cephalica ad euacuandum, ſcribit. Denique ſi dolor non remittat intra ſeptimum & 14. diem, admonet cucurbitulam loco dolenti, vel cum vel ſine ſcarificatu.

Scripſit circa an. 1505.

[pag. 26.]

Non ignoramus, alios eſſe, qui eodem ſæculo illuxerint, puta Ioan. de

Sancto Aegidio Anglum circa annum 1212. Ioan. de Ketam Germanum, Geraldum de Solo Gallum, Ioan. de Sophia Patauinum, Ioan. de Sancto Paulo Salernitanum, Petr. Anton. Ruſticum Placentinum, Hannibalem de Nicolinis, Guillelmum Placentinum de Saliceto, qui ſcripſit Guilhelminam, Chriſtophorum de Parziziis de Bergamo, Apollinarem Cremonenſem, Ioan. Iacobum Cancellarium Monſpellienſem, Guillelm. Varignanam, Alexand. Trajanum Petronium, Nicol. Hoſtresham Anglum, Iacob. de Dondis vulgo Aggregatorem Patauinum, Ioan. Bruyerinum Campegium, aliosque complures, qui, quod in Arabum ſententiam conſpirent, atque adeo noui nihil adferant, a nobis prætermittuntur, ne quod eſt in prouerbiis apud Athenæum :

Φαυλός σε δαίμων καὶ φαυλῆ τύχη λάβοι.

[pag. 27.] Concluſio Arabum & Barbarorum, quamdiuue eorum opinio durauerit.

*Vides, quæ fuerit Arabum & Barbarorum ſententia, & quomodo in curanda pleuritide ab anno ſalut. circiter 712. ad annum vltra 1514. hoc eſt, per annos plusquam 800. nullo pene reclamante detractus fuerit ſanguis ex oppoſito brachio, vel ex ſaphena eiusdem lateris. Iam demum reſtant exami-

minandi Latini veteres & noui, & quid de iſta quæſtione ſcripſerint, per ueſtigandum.

Latinorum med. opinio de hac quæſtione.

Pauci autem ſunt ex Latinis veteribus, & forſan nulli, ſi Celſum Aurelianum, Horatianum & Gariopontum excipias: nam & Plinius vterque & Scribonius Largus, & Marcellus Empiricus, & Quintus Serenus Sammonicus,& Lucius Apuleius Platonicus Madaurenſis, & Antonius Muſa,& Aemilius Macer, & autores rei ruſticæ Latini, cum de medicamentis duntaxat, herbarumque virtutibus, vt pleuritidi ſit aliis morbis conducentibus,ſolum agant, phlebotomiæ non meminerunt.

Latini veteres.

Itaque AVRELIVS CORNELIVS CELSVS, Latinus Hippocrates, Augusti & Tiberii temporibus celebris *libr.* 4. *cap.* 6. miſſionem ſanguinis in magno & recenti lateris dolore conſulit,non ſignificata parte,e qua mitti debeat. At ſiue leuior ſiue vetuſtior caſus eſt, vel ſuperfluum vel ſerum id eſſe auxilium dicit, confugiendumque ad cucurbitulas ante ſumma cute inciſa. Quid vero de reuulſione dixerit *libr.* 2. *cap.* 10. non eſt huius loci. Addam tamen,eum non quam longiſſime ſanguinem inde,vbi lædit, eſſe mitten-

Celſus floruit circa an. Chriſti 20, & 30.

[pag. 28.] dum, ſenſiſſe, ſed ex ea ipſa par*te, aut certe quam proxima.

Aurel. ætas ætati Sorani poſterior.

LVCIVS CAELIVS AVRELIANVS, vel, vt nonnulli volunt, ARIANVS, Sorani transſcriptor aut interpres, patria & ſtylo Africanus *libr.* 2. *de morb. acut.* ſuſtinet, mittendum eſſe ſanguinem ex alio brachio, quod fuerit dolenti lateri contrarium, certe rationis cauſa, quam ſæpe memorauiſſe dicit. Ex quo videre eſt, eum Archigenis ſectarium extitiſſe, & in illius opinione conquieuiſſe, cuius ætate Soranus floruit.

Octauius floruit circa an. 400.

OCTAVIVS HORATIANVS, Africanus quoque, qui præceptorem habuit Vindicianum, archiatrum Valentiani, circa an. ſalut. 370. imperantis, quique in Aldino codice ſub nomine Theodori Priſciani exiuit cum medicis Latinis, ſcribit libro ſecundo ad Euporiſtum *tract.* I. *de morb. acut. cap.* 4. in morbo laterali, ſi ſtatim augmenta terruerint, retractando ægrotantis ætatem, temporis qualitatem, prouinciarum naturam, intra tertium diem phlebotomo ſubueniendum, ſed e qua vena, e quoue latere, ille omiſit.

Is vetuſtiſſimus quidem eſt, ſed quo

GARIOPONTVS, medicus vetuſtus, vt ex ſtylo coniicio, Africanus & ipſe, antehac, anno ſcilicet 1516. ſub nomine

mine *Paſſionarii Galeni* in lucem emiſſus, *libr.2. de morb. cauſis accident. & curationibus cap.* 65. *de pleuriticis*, latus affectum diligentius vaporat ex lanis mollibus cum oleo, & vino, vbi myrtus & anethum bullierint, quod ſi hæc adiutoria minime profuerint, de matrice contrarii bra*chii phlebotomat & ventrem clyſmate molli prouocat. Sequenti vero *capite* 66. curationem ſic inſtituit. Triduo (inquit) a cibis abſtineant, fomenta & cataplaſmata apponant, potum non ſatis feruentem accipiant, ne plus punctio augeatur. Si fluxus ventris eſt, dormiant, aut, vbi declinauerit paſſio, a cataplaſmatibus abſtineant. Si maior dolor erit, vena laxanda eſt ante triduum, ſi ventris fluxus non eſt. Si vero fluxus ventris ineſt, moleſtum eſt in ipſo diatrito fieri. Si in declinationem fluxus ventris venerit, minui oportet, aut ſi phlebotomentur ante triduum, prouidendum eſt, vt ex brachio lateris, vbi dolor non eſt, ſanguinem mittant, &c. Hæc ille, cuius libellum incertus auctor ſcribit Galeno adſcriptum fuiſſe a Rhaſi, Garioponto vero eatenus inſcriptum, quod additiones in eum aliquas confeciſſet.

tempore vixerit, certo non conſtat.

[pag. 29.]

Rhaſis meminit libelli Garioponto inſcripti quem Gal. eſſe dicit.

Ex

Briſſotus mouit hanc quæſtionem circa, an. Sal. 1514. Vide Briſſoti vitam.

Ex Latinis recentibus, qui difficultatem hanc agitauerint, primus omnium extitit PETRVS BRISSOTVS, quem ſchola Pariſienſis anno 1514. fecit habuitque doctorem. Is Arabum deſertor in caſtra Græcorum ſe recepit, & cum illis mittendum in pleuritide ſanguinem ex brachio affectæ partis, propter fibrarum rectitudinem, Pariſienſibus primo, deinde Luſitanis, apud quos obiit, non ſine moleſtia & cum incredibili nominis ſui iactura, perſuaſit, inprimis quidem viua voce, deinde medendi vſu aſſiduo, & tandem apologetico iſto libello poſthumo, qui ex officina Pariſien*ſi SimonisColinæi prodiit anno 1525, & ex typographia Wolffiana Baſilienſi anno 1529.

Liber Briſſoti poſthumus.

[pag. 30.]

Curtius circa an. 1526.

Eandem doctrinam circa an. 1526. diſcipulis tradidit in Italia apud Patauinos MATTHAEVS CVRTIVS, *Ticinenſis*, & in Germania apud Onoltzbachios LEONARDVS FVSCHIVS, qui Curtii diſceptationem, quam a quodam eius auditore exceperat, typis mandandam curauit. Notat tamen Iacob. Oethœus apud Schenckium *libr. 2. obſeruat. ex Petr. Roizii I. C.* Lituanicis deciſionibus, Matthæum Curtium pleuritide laboraſſe, ab eoque quæſiuiſſe medicos, vtrum ad com-

commune præſcriptum ſecari venam aut ad ſuum mallet? reſpondiſſe vero ægrotum, ſe tunc medicum non eſſe, ac proinde contra eius placita ſectam ei fuiſſe venam & conualuiſſe. Quod (inquit ille) non poſſet aliter medici ſeruari vita, niſi libri (quem ob ingenii famam compoſuerat) fide extincta. De Curtio nonnulla habet Vlyſſ. Aldroandus *tomo ſecundo ornithol. libr.* 15. *pag.* 450.

Interea temporis, eodem ſcilicet anno 1526. cum ANDREAS THVRINAS, *Piſcienſis* medicus & Clementis ſeptimi Pontif. Max. Franciſcique I. chriſtianiſſimi regis conſiliarius, a Curtio diſputationem illam Romæ recepiſſet, epiſtola ad eundem Curtium Arabum opinionem tutatus eſt, & nouam illam Galeno adſcriptam impugnauit: annisque ſequentibus, dum ipſam ſenſit ſine ſenſu confirmari, librum de ſanguinis miſſione *in pleuritide, aduerſus epiſtolæ ſuæ impugnatorem (quem nonnulli Curtium eſſe volunt) & aduerſus apologiam hanc Briſſoti emiſit: & paulo poſt reſponſionem ad epiſtolam Manardi, ac demum anno 1543. alias reſponſiones contra Matth. Curtium, qui anno 1539. li-

Thurinus an. 1526.

[pag. 31.]

librum de ſectione venæ in pleuritide Venetiis euulgarat.

Optatus an. 1527. Vſus medendi diuerſus apud Ital.

Ita diſſidentibus hinc & inde medicis CAESAR OPTATVS, *Neapolitanus*, medicinam Venetiis profeſſus, quæſtione de vena in pleuritide ſecanda obſeruauit, vt Venetiis vulgo conſueuiſſe medicos eo tempore ſaphenam tundere, & Florentiæ ac Bononiæ baſilicam lateris inflammationi oppoſiti aperiri ſolitam, ſic e contrario Ticinenſes medicos (Curtium dubio procul intellexit) iam ſtatim inter initia affecti lateris in cubito venam ſecuiſſe.

Fuchſius an. 1528.

Anno porro 1528. LEONARDVS FVCHSIVS, *Rhetianus*, cum accepiſſet, Louanienſes quoſdam medicos & præſertim Triuerium, Briſſoti doctrinam impugnare, apologiam aduerſus eum emiſit, qua monſtratur, in viſcerum inflammationibus, pleuritide præſertim, ſanguinem e directo laborantis lateris mittendum eſſe: nec tamen diu in illa opinione manſit Fuchſius, ſed in Veſalii ſententiam facile conuolauit, & in eo errore (de quo poſtea ſumus dicturi) conquieuit.

Fuchſius inconſtantiæ notatur.

Manardus an. 1529. & 1531.

Anno ſequenti IOAN. MANARDVS, *Ferrarienſis*, epiſtola ad Iacobum Pharuſium *quæ eſt *quinta*
[pag. 32.]

libr.

libr. 12. (cum ipſe duntaxat audiuiſſet, omnes qui alicuius in Europa nominis eſſent medicos de illa quæſtione ſcribere, hactenusque nullius commentaria vidiſſet) aſſeruit, Hippocratem & Galenum e brachio partis affectæ in omni pleuritide ſanguinem detrahere: ſed non eſſe vsque adeo grande nefas, in noſtra regione quandoque a Galeno recedere; ac proinde primis diebus e brachio oppoſito, quin etiam e malleolo vel talo in peſtilentiali pleuritide, aut per ſuppreſſas vacuationes, ſanguinem poſſe minui. Atque hanc ſententiam confirmauit *epiſtolu prima libr.* 14. ad Andream Turinum ſcripta anno 1531.

Menardus a Gal. & Hipp. ſententia recedendum eſſe docuit.

HIEREMIAS THRIVERVS BRACHELIVS, Louanienſis profeſſor, deſceptationem de ſanguinis miſſione in pleuritide, & aliis inflammationibus, Pariſienſibus medicis dicatam conſcripſit anno 1532. qui Briſſoto & Fuchſio pro Arabibus bellum indixit.

Thriuerus an. 1532.

Eodem anno SYMPHORIANVS CAMPEGIVS, Lugdunenſis, eques auratus, & Lotharingorum principis archiater *libr. de apologetica diſceptatione inter Andream Turinum & Matthæum Curtium*, necnon epiſtola ad ampliſſ. antiſtitem Laurentium Campe-

Campegius an. 1532.

pe-

pegium Cardinalem ſcripta, anno 1537. non minus acriter in doctrinam Briſſoti pugnauit quam Thriuerus, quibus auxiliares copias adduxit Sebaſtianus Montius Riuorienſis annotat. in paradoxa Fuchſii, & id quidem in Gallia, in *Italia vero eadem arma mouit BENEDICTVS VICTORIVS *Fauentinus* in Patauin. Gymnaſio profeſſor, emiſſo volumine non ita exiguo anno 1534.

Montius circa an. 1532. [pag.33.]

Fauentinus an. 1534.

GVILLELMVS PVTEANVS *Planciacus*, & *Gratiapolitanus* ciuis eodem anno librum edidit Gallicum de phlebotomia, in quo 1. gloriatur, ſe diſcipulum eſſe Briſſoti, dein primum ſe introduxiſſe phlebotomiam directam in pleuritide apud Delphinates, cum antea oppoſita vſurparetur.

Puteanus an. 1536.

DONATVS a MVTIIS medicus Raguſæus *Comment. in aphor. Hippocr. 55. ſect. 7.* aliam rationem reddit nullam, cur Arabes tali, vel oppoſiti brachli venam inciderent in pleuritide, quam quia parcam omnino ſanguinis profuſionem facerent. Vbi enim parca fit ſanguinis eductio, puta ad 4. aut 5. vncias ex eodem latere, etſi ſæpius iteretur illa, æger non leuatur, quod plus ad inflammatam partem trahatur, quam ab eadem detrahatur. Suadet ergo

a Mutiis an. 1536.

Noxia eſt parca ſanguinis detractio.

ergo, vt vel copioſus ex eodem latere detrahatur ſanguis cum Græcis, vel initio morbi ex vena malleoli cum Arabibus, dehinc paulo poſt ex affectæ partis iecoraria.

FRANCISCVS EMERICVS *Oppauianus*, medicus Viennenſis, Curtii diſcipulus, probauit ſectionem venæ directam & ad materiæ, quæ iam fluxit, euacuationem & ad eius quæ fluere debet, prohibitionem, libro *de medicorum auxil. dextro vſu ſerm. quinto.* Neque aliam *affert rationem præter experientiam, quæ vna in medicina, ſicut ratio in philoſophia, ſufficit.

Emericus an. 1517.

Experientiæ tantum in medicina tribuendum [pag. 34.] quantum rationi in phyſica.

IVLIVS CAESAR SCALIGER, doctrinæ illud dæmonium, celebrem iſtam de ſanguinis miſſione in pleuritide diſputationem ſine ſyngraphia non dimiſit, ſed *Comment. ad Hippocr. librum de ſomniis* anno Sal 1538. edito ex oppoſita parte ſanguinem eſſe detrahendum geometrica demonſtratione adſtruxit. Etenim ſi dolor latus ſiniſtrum inuadat, indeque ſanguis educatur, plus (inquit) trahetur a dextro in ſiniſtrum, quam dextra vena inciſa in ſiniſtrum. Maior enim eſt humorum copia inter circumferentiam dextram & doloris locum,

Scaliger an. 1538

Vide eius geometricam demonſtrationem.

quam inter eundem locum & circumferentiam ſiniſtram. Cum ergo vena eiusdem lateris inciſa non ſolum aufferat e loco affecto, ſed trahat ad locum affectum, certum eſt, malum ex ea detractione ſanguinis augeri, quod ſuis experimentis confirmat. Interim non negat, fluxione compoſita vtilem eſſe ſanguinis ex eodem látere eductionem.

Veſalius an. 1539 nouum dogma inducit.

Sed dum hæc vtrinque agitarentur nouum & nusquam auditum dogma excogitauit & euulgauit anno 1539. ANDREAS VESALIVS *Bruxellenſis*, Patauinus profeſſor, anatomicus, epiſtola ad Nicolaum Florenatem, Caroli quinti Imperatoris medicum, qua in omni pleuritide dextra & ſiniſtra mittendum eſſe ſanguinem e baſilica dextra contendebat. [pag. 35.] *Cum enim coſtæ dextræ & ſiniſtræ omnes (tribus ſuperioribus exceptis) a ramis & propaginibus venæ ἀζύγȣ nutriantur, ea autem vena prope cor exorta ad latus dextrum magis inclinet & pertineat, hinc aſſerebat, eam commodius & citius depleri ſecta brachii dextri vena quam ſiniſtri, licet ſiniſtrum latus occuparet dolor. Vbi tamen ille ſuperiores tres coſtas ſiniſtri lateris inuade-

uaderet, quod ipſæ a ramis venæ *ἀζύγε* non nutrirentur ſed ab intercoſtali ſiniſtra, idcirco venæ ſectionem e ſiniſtro brachio factam in illo ſolo caſu prodeſſe volebat. In quam ſententiam iuiſſe LEONARDVM FVCHSIVM *libr.* 2. *inſtitut. & Comment. in libr. Gal. de curandi rat. per ſanguinis miſſionem*, ſuperius a nobis fuit obſeruatum.

Fuchſius Veſalio aſſentitur 1549.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS, Veronenſis, ab illuſtriſſimo reipublicæ Venetæ ſenatu ad docendam publice medicinam circa annum 1540. Patauium euocatus, *Comment. ad aph.* 21. *libr.* 1. tam confuſa & intricata de reuulſione, deriuatione, diuerſione, auerſione locutus eſt, vt neſcias pene, quam venam in pleuritide ſecandam velit? inclinare tamen videtur potius ad ſecandam eiusdem lateris venam, quam oppoſitam. At *Comment. in art. paruam Gal. cap.* 88. ſi impediendum ſit, ne pleuritis ex. grat. quæ fieri ſolet in dextro latere, contingat, docet, non ex brachio dextro ſed ex pede dextro ſanguinem eſſe educendum.

Montanus circa an. 1540.

MARTINVS AKAKIA *Catalaunenſis*, Briſſoti *diſcipulus, vt ipſe teſtatur *Comment. in libr.* 2. *Gal θεραπείας ad*

Akakia circa an. 1541.

[pag. 36.]

ad Glaucon. venæ ſectionem oppoſitam ita exhorruit, vt *præfat. in eum Comment.* exclamarit in hæc verba: Quot hominum (inquit) millia vna Auicennæ aliorumque Arabum de ſanguinis miſſione ex oppoſito latere in pleuritide, aliiſque internis corporis inflammationibus opinio iugulauit? Hoc tamen Auicennæ ſectatores intelligere non poſſunt, adeo huic opinioni inueterata Arabis auctoritas ceruicoſos iſtos ac marmoreos addixit. Porrò ad ſtabiliendam phlebotomiam directam eadem pene argumenta & verba protulit *Comment. citato*, quæ a Briſſoto præceptore adducta ſunt.

Opinio Arabum multos iugulauit.

Fontanonus an. 1542

DIONYSIVS FONTANONVS *Monſpelienſis* medicus *libr. 2. de morb. intern. curat. cap.* 5. corpore neque plethorico neque cocochymo exiſtente, medicamentis & fomentis calorificis inter initia vtendum eſſe monuit, dein ſanguinem detrahendum e brachio directo. Vbi vero corpus ægrotantis plethoricum fuerit aut malo ſucco redundauerit, a venæ ſectione e directo facta curationem auſpicandam voluit, eamque iterandam eſſe vsque ad quartum diem poſt quem ſan-

Cur poſt quartum diem ſanguis non eſt mittendus.

ſanguis mitti non debeat ne anacatharſis impediatur.

LVDOVICVS PANNIZZA *Mantuanus* diſputatione de venæ ſectione in inflammationibus quibuscunque fluxione genitis doctrinam Galeni impugnauit, ſtatuitque, in principio pleuritidis ex alterutra aut vtraque ſaphena *ſanguinem effundendum, cum reuellendi tantum conſilium ſit: idcirco nec ex oppoſito latere, nec ex directo, eſſe minuendum, cum eiuscemodi venæ ſectiones & reuulſioni & euacuationi inſeruiant, quæ principio inflammationum non conueniunt, quod tunc temporis exiguum quid in loco affecto collectum ſit. Hanc porro deciſionem ſex virorum illuſtrium auctoritate roboratam habuit, quorum teſtimonia libro ſuo inſeruit. Illi autem hoc ordine recenſentur, Antonius Muſa Braſauolus, ducalis medicus & in Ferrarienſi gymnaſio profeſſor, Hieronymus Gabloneta illuſtriſſimi Franciſci ſecundi Mantuæ ducis medicus, Brando Porrus in Ticinenſi gymnaſio philoſophiæ profeſſor, Hieronymus Vrbinus in Patauino gymnaſio medicinæ profeſſor, Ludouicus Buchaferra in clariſſimo Bononienſi gymnaſio philoſophiæ pro-

Pannizza circa an. 1543.

[pag. 37.]

Sex medici ſententiam Pannizzæ confirmarunt.

feſſor, Vincentius denique Madius Ferrarienſis, philoſophiæ profeſſor,, qui omnes Pannizzæ contra Galenum eiusque aſſeclas calculum dedere.

Tagautius an. 1544. IOAN. TAGAVTIVS *Ambianus* Pariſienſis medicus libr. primo *inſtitut. chirurg. cap. de curanda phlegmone*, fluxionis auerſionem ſcribit eſſe neceſſariam, quæ perfici debeat venæ ſectione, ſi vires & ætas tulerint. Semper autem, inquit, in omnibus membris e regione ſiue e directo (quod Græce κατ' ἴξιν dicitur) ſiue repellere, id eſt, in contrarium retrahere velis, ſiue ad latus deriuare, vena [pag. 38] ſe*canda eſt, etiam ſi plethora abſit: e directo autem ſunt dextra dextris & ſiniſtra ſiniſtris. Addit *libr. 2. cap. de curanda profuſione ſangu. ex vulnere*, deriuationem ad latus & ad vicina fieri, reuulſionem ad contraria, non tamen ſemper ad remotiſſima, vt falſo quidam putauerunt.

Iacchinus an. 1545. LEONARDVS IACCHINVS ſuis in *librum 9. Rhaſis prælectionibus an.* 1545. Piſis habitis *cap. 39. de pleuritide* ſemper ex directo mittendum eſſe ſanguinem ſcribit, ſed e ſaphena directa initio morbi reuulſionis ſolius merito, e baſilica vero directa ad deri-

riuandum ſimul & euacuandum. Non negat tamen, detractionem ſanguinis ex oppoſita baſilica factam vtilitatem afferre, ſed quæ ſerius ac tardius contingat.

Consentit Gal. libro de curandi rat. per phlebot. cap. 16.

Ea tempeſtate CAMILLVS THOMAIVS, medicus Rauennas, *method. rationali cap. de pleurit.* vbi adeſt plenitudo corporis, baſilicam oppoſitam ſecuit, ea ceſſante, directam: perſeuerante autem dolore & augeſcente, ſi ad clauiculam tenderet, iterum ex eadem parte miſit ſanguinem: ſi ad inferiores partes vergeret, lene medicamentum, hoc eſt, nec validum nec exſoluens, exhibendum præcepit.

Thomaius circa an. 1545.

FRANCISCVS CASSANVS *Taurinenſis quæſt. de miſſ. ſangu. in morbo laterali* ex auctoritate & ſententia Hippocratis & Gal. Oribaſii, & Aegin. in principio pleuritidis mittendum eſſe ſanguinem ex eodem brachio ſancit, his præ*ſertim rationibus ductus; primo, quod diuerſio materiæ fluentis, vel reuulſio, per locum directiſſimum ipſi loco, ad quem fluit materia, fieri debeat: ſecundo, quod eadem reuulſio per partem communicantem cum illo membro, ad quod fluit, ſit peragenda: tertio, quod reuulſio, ſiue deriuatio, per locum non immedia-

Scripſit circa an. 1546.

[pag. 39.]

tum ipſi loco patienti, ſed per locum proximum ſit molienda. Quæ omnia in detractione ſanguinis e directo facta obſeruantur: Cum e contra diuerſio per loca diſtantia vel nullum omnino iuuamentum, vel certe tardum afferat.

Cardanus circa an. 1547.

Quid ſenſerit de ea re HIERONYMVS CARDANVS, *Mediolanenſis*, *libro primo contrad. medic. tract.* 2. *contrad.* 8. cum id a me capi non velit, cæteris intelligendum propinet. Si (inquit) lateralis morbus ex dextra parte ſit, ſanguis ex interiore vena brachii dextri mittatur copioſius: Vbi dolor in ſeptem ſuperioribus coſtis fuerit & multa plenitudo ſanguinis in corpore, die ſequenti e diuerſo latere, id eſt, ſiniſtro, ſanguinem mitte ex interna brachii, aut in minori pleuritide appone cucurbitulas. Quod ſi non adeo plenum fuerit corpus, ſufficiet prima ſanguinis miſſio, & hoc eſt, quod dixit Hippocrates deriuare, &c. & Princeps, cumque ad diuerſum trahere volueris vt in ſecunda die dolorem prius ſeda, ſcilicet ſanguine ex eodem latere miſſo. Si autem morbus lateralis eſt, in ſiniſtra parte, non ſub ala, ſed in ſupremo

mo pe*ctoris vel in medio ſecundum [pag.40.] latitudinem minues ſanguinem a dextra & reliqua vt diximus eodem modo, vt de dextro latere conſequenter, ſcilicet ſi oporteat ſequenti die a ſiniſtra interna brachii. Si autem dolor fuerit in muſculis mediis vel exterioribus, minutio ſiat a latere contrario ſemper, aut non fiat: & in vigore morbi euacuato corpore ex initio & cum inedia ventoſa loco applicetur, eſt enim admirabilis iuuamenti, vt Trallianus & Zoar affirmant. Si autem ſuſpiceris, quod ſit in latere ſiniſtro propter ſolitariam venam, tunc mitte ſanguinem ex dextro latere ex interna brachii pro virium magnitudine aç morbi. Si vero morbus lateralis ſit in coſtis quinque inferioribus infra furculam enſiformem, ſi febris validiſſima, ſanguinem mitte copioſum ex interna cubiti: at vero ſi febris parua & dolor magnus ſit, ex eiusdem lateris ſaphena, ſi neutrum horum adeſt, extrahendus ſanguis non eſt, ſed purgandus æger. Eſt tertium genus morbi lateralis, quod peſtilentiale dicunt, quoties phlegmon panniculum pectus diuidentem aut cor tegentem inuadit, & hoc etiam putant

Videtur Veſalii opinionem ampleċti.

Pleuritis peſtilentialis.

d 5 eſſe

eſſe morbum peſtilentem & lethalem, quod modicus dolor ac vix ſenſibilis percipiatur & ægri tamen moriantur. Hi abſtinentes a ſanguinis miſſione ſeruari poterunt, cum per eam nec phlegmon prohibeatur nec minuatur, & vires tamen frangantur. In reliquis autem generibus cum tardatur miſſio ſanguinis ex debito loco tria
[pag.41.] *mala fiunt adeo perniciosa, vt ex vno eorum vel ſolo homo mortem conſequi poſſit: primum eſt, quod phlegmon augetur in immenſum, quoniam ſanguis agitatur & mouetur: ſecundum, quod inculpatus ſanguis educitur, vnde vires debilitantur: tertium, quod ſanguis phlegmoni circumiacens, corruptus aut niger aut liuidus relinquitur in corpore, qui febres excitans inextinguibiles ſtatim perſæpe occidit. Hactenus Cardanus prolixe ſatis & nimis obſcure.

Fernelius circa an. 1548.

IOAN. FERNELIVS, Pariſienſium medicorum coryphæus, *libro ſecundo meth. med. cap. 5 & 7.* in Arabum dogma inuehitur, venamque affecti lateris ſecat propter communem & directam venarum ſocietatem, quæ inter dextrum latus & ſiniſtrum intercedere non poteſt, cum a dextro latere nulla

nulla vena rectis fibris in ſiniſtrum concedat.

AMATVS LVSITANVS *centur.* 1. *curat.* 51. & *centur.* 5. *curat.* 70. egregie declamauit in Veſalium & in eius periculoſum dogma, quod vena ἀζυγος ita fabrefacta ſit in orificio ſuo, venæ cauæ coniuncto, vt oſtiola quædam habeat, quæ ad hauriendum ſanguinem aperiantur, poſtea vero ita claudantur, vt ſanguinem illum receptum non amplius remittere ſinant: Atque ita huic venæ ἀζύγῳ eueniat, quemadmodum veſicæ vrinariæ aut cordis vaſorum orificiis, quæ quod admiſſum eſt non remittunt aut regerunt, quod multis demonſtrationibus anatomicis veriſſimum eſſe de*clarauit. Interim nouam rationem protulit, cur ſemper in pleuritide e directo detrahi debeat ſanguis: Nimirum quod inter axillarem & cephalicam venam, ab vtroque latere, alia quædam vena media ex axillari fere enaſcatur, quæ inde obrepens in multas finditur venulas, quæ in vniuerſum cum venulis & ramuſculis venæ ἀζύγȣ copulantur. Cum ergo iecoraria in pleuritide pertunditur, ſanguis (inquit) non tantum in vena caua conten-

Amatus primam centuriam emiſit an. 1549.

Valuularum in ἄζυγον inductio.

[pag. 42]

Non bene obſeruauit in vniuerſum, idcirco reprehenditur poſtea a Fallopio.

tentus extrahitur, ſed potiſſimum ille qui in inflammatione continetur, vel prope inflammationem eſt. Vnde credendum eſt, naturam ſagaciſſimam hanc fabrefeciſſe venam, vt, cum homo pleuritide affectus eſſet, per illam ſanguinem putridum ac venenoſum transmitteret, cordis regionem fugiendo.

ἀναστομώσεων vſus,

Rondeletius floruit circe an. 1550. & deinceps.

GVILLELMVS RONDELETIVS, *Monſpellienſis* medicus, id ipſum Veſalii dogma, auctoris nomine prætermiſſo, improbauit *libr. de curandis morb. cap.* 15. faciendam vero phlebotomiam a parte, quæ e directo eſt, & a maiori vena & vna vice, ſi vires id ferre poſſint, ad ſanguinis mutationem eſſe voluit, & doloris aliquam mitigationem: quod ſi illa euacuatio ferri non poſſit, in duas (inquit) diuidere oportet, ſed quæ eadem die vel paruo interuallo fiant, vel, ſi videatur per epicraſin, & niſi magna fiat miſſio ſanguinis ab ea parte, plus damni euenit quam vtilitatis. Nam illa pars ſanguinis miſſione commouetur magis, ſanguis & venæ parum inaniuntur, *per quas agitatus ſanguis facilius ad partem affectam fluit. Facienda vero eſt a vena magna, quia facilior fit ex ea euacuatio: & e directo

Epicraſin accommodat phleb. quæ conuenit catharſi.

Damnatur parca ſanguinis eductio.

[pag.43.]

recto partis, vt fiat κατ' ἴξιν, quæ rectitudo non ob villos rectos, ſed quia imitanda eſt natura, quæ ſolet facere ſuas excretiones ſecundum rectitudinem: ſolent enim partes dextræ in dextras ſua excrementa mittere, ſiniſtræ in ſiniſtras. Sanguinis miſſio, quæ fit a parte oppoſita, non poteſt eſſe vtilis, niſi in principio, in quo nulla aut pauca materia collecta eſt & continetur in magna vena, quæ rectitudinem habet cum parte dextra & ſiniſtra. Hactenus ille.

Medicus naturæ debet eſſe imitator.

Videtur Pannizzæ conſentire.

VICTOR TRINCAVELLIVS, medicus & ſenator Venetus, annoque 1551. Montani ſucceſſor deſignatus, libro *de venæ ſectione in pleurit.* & *libr. de curandi rat. particul. corporis affect. cap. de pleurit.* circa reuulſionem tria eſſe conſideranda ſcripſit: morbum, vires & fluxionem. Si leuis morbus eſt aut labefacta virtus (quemadmodum ſemper eſt in pueris) generoſa remedia omnia expungenda cenſuit, ſi morbus grauis aut vires conſtantes, adhibenda: in fluxione duo item conſideranda voluit, impetum irruentis fluxionis, & ipſius fluxionis fomentum, aut a corpore vniuerſo, aut a certis tantum partibus vicinis vel remotis repetendum.

Trincauellius an. 1551.

Docet in pueris nunquam eſſe mittendum ſanguinem.

Digitized by Google

dum. Quibus diligenter obſeruatis; definiuit in pleuritide, quoties plenitudo in vicinis tantum partibus adeſt, cucurbitulas cum ſcarificationibus admouendas eſſe, aut *leue catharticum propinandum. Et id quidem cum leuis eſt dolor; ſi grauis fuerit, venæ ſectionem e directo præſcripſit, ſi plenitudo ſit magna, ex oppoſito brachio, ſi maxima, e ſaphena directa. Cæterum aſcendente dolore, ſi vena e directo ſecetur, non eſſe rectitudinem ſecundum longitudinem, ſed ſecundum latitudinem corporis, vnus omnium (quod legerim) commentus eſt.

[pag. 44.]

Vena e directo ſectare eſt ſecundum latitudinem non longitudinem.

Capiuacc. an. 1552.

HIERONYMVS CAPIVACCIVS, anno 1552. Patauinus medicinæ profeſſor, Auicennæ premens veſtigia, dum vniuerſum corpus ſanguine redundat & ſupra & infra iecur, primo ſanguinem e ſaphena detrahit, tum ex oppoſita baſilica, deinde ex directa: Denique longo verborum contextu Auicennæ ſenſum & mentem exponit, cui conſentire Galenum potius quam aduerſari miro & inſigni σκοροσμιτμῷ argutatur.

Capiuacc. Galeno eſt iniurius.

Crato floruit circ. an. 1554.

IOAN. CRATO *Vratislauienſis*, in *meth. therapeut*. duas ponit reuulſiones, vnam, quæ fit ſimpliciter euacuando

do alteram violenter trahendo. Illa ſanguinis miſſione peragitur obſeruata ductuum atque defluxus rectitudine, quæ duplex exiſtit, κατ' ἴξιν & diametri. Reuulſio vero per violentam attractionem fit calore, vel dolore, aut ambobus ſimul. His ita conſtitutis dicit, in reuulſione, quæ fit euacuando, & in qua commoditas ductuum ſpectatur, non eſſe reuellendum per duas diametros. Sic in pleuritide dextra miſſus ſanguis ex ſiniſtro pede nihil prodeſt, quod illa reuulſio *tardior & lentior habeatur. Sed ne ex pede dextro profuſus ſanguis vtilior eſſet, quia in reuulſione obſeruandum diligenter, ne materia ducatur per membrum nobile. At in pleuritide ſupra dicta, ſi ſanguis demeretur e dextro pede, reuelleretur materia vitioſa per venam cauam, tranſeuntem per iecur, nobiliſſimam partem. Hinc fit, vt vno pede laborante alterum ſecemus, ne trahamus per hepar. Ergo concludit, in pleuritide dextra mittendum eſſe ſanguinem ex brachio, non oppoſito quidem, quid ita? Quia in reuulſione conſiderandum, an magnus ſit morbus vel paruus, an partim factus, partim fiat, an vero ſit futurus. Cum nondum in-

Reuulſio duplex, ſimplex & violenta.

[pag. 45.]

Nunquam reuellendum per partem nobilem.

incepit morbus, magnum tamen futurum timemus, integra dum diametro poſſumus vti, & ſi futuram formidamus pleuritidem in dextro latere, ſecare oppoſitum brachium. At ſi incepit & magnus eſt, vt in pleuritide dextra, tum per diametrum dimidiatam reuulſio ſimul, ſimul & deriuatio ſanguinis miſſione e directo latere tentanda eſt, quod ea ratione debitus fibrarum progreſſus ſeruetur euntium a dextro latere in dextrum brachium. non in ſiniſtrum: nec tunc temporis obſeruanda ſit ſola diſtantia.

Claruit circa an. 1555.

GABRIEL FALLOPIVS, Montani diſcipulus, in *obſeruationibus ſuis anatomicis* de pleuritide quidem nihil ex profeſſo tradidit, ſed Amati Luſitani oſcula ſalſe deriſit, neque repetiri in hominibus vel brutis, quæ ſe-[pag. 46.]cuit, conſtan*ter affirmauit. Præterea alium errorem Amati detexit de vena prodeunte ab axillari & ad thoracis exteriora deſcendente, quam in plures venulas diuaricari & coniungi cum internis illis, (quæ a vena ἀζύγῳ ortæ octo inferiores coſtas nutriunt) ſcribit Amatus. Vult enim Fallopius venam illam axillaris propaginem tres vel ad ſummum quatuor ramu-

Improbantur venulæ Amati. Noua obſeruatio anatomica Amato ignota.

ramulos emittere, qui cum tribus aut quatuor propaginibus ἀζύγȣ connectantur, vnus quidem inter tertiam & quartam coſtam, alter inter quartam & quintam, tertius inter quintam & ſextam, quartus & vltimus inter ſextam & ſeptimam. Nuſquam enim talis connexio aut infra ſeptimam aut ſupra tertiam reperitur. Aliam addidit Fallopius obſeruationem de vena ἀζύγῳ. Nam eius ramus ſiniſter circa transuerſos vertebrarum proceſſus deſcendens, ac ſub diaphragmatis & ſexti muſculi mouentis femur origine latens, in emulgentem venam ſiniſtri lateris inſeritur, modo in partem ipſius ſuperiorem in aduerſum ſeminariæ venæ, modo in partem poſteriorem, modo in propaginem quandam ipſius emulgentis; idque aliquando beneficio vnius rami, aliquando trium vel quatuor, dexter vero ramus latens ſub membranis circa proceſſus transuerſos eiuſdem lateris & ſub dextro principio diaphragmatis & ſexti muſculi femur mouentis deſcendit vsque ad tertiam lumborum vertebram, ibique iungitur cum ramo venæ non ab emulgente ſed a caua pa*rum infra emulgentem ortæ, & inde deſcendens cum

Obſeruatio alia anatomica, quæ ſaphenæ ſectionem confirmat.

[pag.47.]

aliis quibusdam ramulis venarum, iuxta lumbos ab eadem caua ſubortis, iungitur: præcipue vero cum vno lateris inſigni, qui erumpens iuxta vltimam lumborum vertebram a ramo magno ipſius cauæ, qui femur petit, ſurſum ad latera aſcendit. Ex quibus (inquit) iam colligas, an in pleuritide incipiente vena in poplite ſecta poſſit non leue adiumentum afferre ipſi ſanationi, cum tanta ſit coniunctio venæ ſine pari cum illis, quæ infra vmbilicum ſunt.

Scripſit Valeſius circa an. 1556. Patet ex hoc loco, per totam Hiſpaniam miſſum fuiſſe eo iam tempore ſanguinem e directo.

FRANCISCVS VALESIVS, Hiſpanus, Philippi ſecundi Hiſpaniarum Regis ἀρχίατρος, *comment. ad* 4. *lib. de rat. vict. in acut.* proponit, omnes Arabas ex oppoſito latere venam aperuiſſe, iam vero ex opinione Græcorum vbique aperiri e directo. Propriam ſententiam expoſuit *lib.* 7. *controuerſ. cap.* 4. Vbi explodit rectitudinem villorum a Briſſoto (quem tamen non nominat) inductam: eludit Veſalii commentum: figmentumque Amati deridet. Aſtruit vero rectitudinem, quæ eſt in membrorum ſocietate, communionem quoque & anaſtomoſin intercoſtalis venæ cum ἀζύγῳ probat, & demum concludit, in omni pleuritide; ſiue ad clauiculam ſpectet, ſiue ad inferiora,

Digitized by Google

feriora, ſanguinem ex affecto latere perpetuo eſſe detrahendum,

CHRISTOPHORVS A VEGA Caroli V. Imperatoris medicus a cubiculo, & in Complutenſi academia publicus profeſſor, *libro ſecundo de arte med. cap.* 3. & *libro tertio capite* 5. rectitudinem fibrarum non probat, ſed membrorum communionem: Veſalium improbat de miſſione ſanguinis è brachio dextro laborante ſiniſtro latere: & cum Hippocrate & Galeno eiuſdem lateris affecti phlebotomiam commendat ad ſanguinis vsque mutationem. Scripſit poſt mortem Caroli quinti qui [pag.48.] obiit ann. 1556.

DONATVS ANTONIVS AB ALTOMARI medicus ac philoſophus Neapolitanus *lib: de medendis humani corporis malis cap.* 50. ſecuriſſimum ait, in omni pleuritide per initia fomentum adhibere, quo, ſi non mitigetur dolor, ad phlebotomiam vel catharſin erit properandum. Ad phlebotomiam quidem dolore ad clauiculam adſcendente, ad catharſin vero dolore ad hypochond. deſcendente, modo tamen vehemens non adfuerit febris, & a medicamento purgante belle ſeſe habeat æger, alias tutius ſemper erit venam ſecare, internam ſcilicet cubiti, quæ e directo laborantis lateris ſita Inclaruit circa ann. 1558.

eſt: ea vero non apparente, eiusdem cubiti mediam, quod ſi nec ea apparuerit, humeralem. Attamen circa morbi initia, fluxione valida irruente, vel viribus aliisque rebus phlebotomiam directam vsque ad ſanguinis mutationem fieri prohibentibus, ſatius & ſecurius fuerit iuxta (inquit) Galeni decreta ex oppoſito brachio ſanguinem mittere reuulſionis ſolius gratia. Nam in eo caſu, ſi detraheres e directo, inanitæ per phlebotomiam venæ brachii eiusdem lateris attrahe*rent ſanguinem fluentem potius quam fluxum: in ſucceſſione enim ad id, quod vacuatur, quod leuiſſimum tenuiſſimumque eſt prius ſuccedit, quam id, quod grauius eſt & craſſius.

Non expreſſit locum Galeni.

[pag.49.]

Cur putris ſanguis vltimo loco educatur.

Emanuel Philibert. dux Sabaudiæ (vnde an. 24. fuit excluſus) reſtitutus eſt an. 1559.

IOAN. ARGENTERIVS *Pedemontius*, Auguſtanæ Taurinorum academiæ ſub Emanuele Philiberto, Sabaudiæ duce, reſtaurator *comment. poſthumo ad Aphor.* 21. *lib.* 1. ex lateris affecti brachio ſanguinem detrahit, veræ reuulſionis ergo, cum nulla alia ſit rectitudo, quam dextrarum partium cum dextris, ſiniſtrarum cum ſiniſtris, non e contra, imo reuulſionem aliam non agnoſcit. Quam ob rem Curtii ſententiam impugnat, qui reuulſionem velit eſſe retractionem humoris

ad

ad contrarium ſui motus: ponit quoque differentiam inter reuulſionem ſimplicem & localem: rectitudinem denique agnoſcit, quæ ſit ſecundum latitudinem, communionem vero partium nullam aliam, quam quæ & per venas & per cauitates muſculorum, eorumque meatus, per quos humorum decurſus patet. Præterea omnino nullam vtilitatem afferre factam ex oppoſito phlebotomiam videtur idcirco adſtruere, quod pleuritides naſcantur non per ἄζυγον, ſed per venas, quæ decurrunt ad muſculos thoracis, vnde tandem ſpargitur humor etiam iuxta membranam coſtas ambientem. Hæ autem venæ ſocietatem & communicantiam ſolum habent cum venis brachii eiuſdem lateris, quo fit vt miſſio ſan*guinis ex eodem brachio, non ex contrario, proſit. Hoc iam pridem docuerat *commentario tertio in Gal. artem med.* vbi copioſiſſime de reuulſione contra Curtium & Akakiam diſputatur. Interim libro *de conſultationibus*, vbi curandam pro exemplo adducit pleuritidem, errare eos dicit, qui nunquam in pleuritide venæ ſectionem admittunt fieri in parte diſtantiſſima. Nam quoties vehementer fluxio vrget, quo pacto (inquit) eam ſiſtere

Communio vaſorum quonam modo fiat.

Pleuritidis generatio non fit per ἄζυγον.

[pag.50.]

Fluxio aliud requirit præſidium

quam inflammatio per ſe.

ſtere poteris, niſi ad diſtantiſſima reuellas? Quod eſt proprium huiuscemodi fluxionum remedium. Sed factam e remotiſſimo loco phlebotomiam ratione fluxionis vehementer vrgentis & irruentis, quæ vero fit ex proximo ratione inflammationis peragi decernit, quibus duobus aliquando diuerſis remediis, aliquando vnico ſit ocurrendum.

Ioubertus circa an. 1560.

LAVRENTIVS IOVBERTVS *Valentinus Delphinas*, Argenterii familiaris, circa ann. 1560. *paradoxo nono decad.* 1. *&* *tractatu* 2. *de affectibus internis partium thorac. cap.* 8. Aurelianum & Aretæum perſtringit, quod ex oppoſita parte ſanguinem mittant, modeſtam ratiocinationem Briſſoti de rectitudine fibrarum in vaſis non admittit, Arabum dogma explodit, Amato Luſitano, de valuulis inepte garrienti, mendacium exprobrat, confictam ex Anatome Veſalii opinionem arguit & ſuam de mittendo ex eadem parte ſanguine propter rectitudinem & ſocietatem membrorum dextrorum cum dextris *ſiniſtrorum cum ſiniſtris declarat.

Is de frequenti venæ ſectione diſputauit cum Alexi Gaudino.

[pag. 51.]

IACOBVS HOLLERIVS *Stempanus* Pariſienſis medicus *libro primo de morbis internis cap.* 26. Veſalii opinionem

nionem impugnat, & cum Amato Luſit. in orificio venæ ἀζύγυ valuulas excogitat, docetque ſemper mittendum eſſe ſanguinem e directo partis affectæ. Nonnullas tamen conditiones proponit, quibus remedium illud ſit immutandum: primo, in quibus ſecari vena tuto non poteſt, cucurbitulas in principio inguinibus affigit ad diuerſionem: ſecundo, cum expectoratum cruentum eſt, facileque excutitur, phlebotomia opus non eſſe, ſed ſufficere purgationem contendit, etiam aliquando, turgente materia, prima die aut non vltra ſecundam: tertio, ſuppreſſa aliqua vacuatione inferiori, in inſigni plenitudine, in virulenta materia, cumque ſtatim initio materia in caput rapitur ac mentem commouet, e venis cruris eiusdem lateris ſanguinem detrahit.

Hollerius ſcripſit circa an. 1560. vel 1561. obiit vero 1562.

Ex Amato deſumpſit valuularum rationem, cum tamen non nominat. Hæ conditiones ſunt Arculani.

IOAN. IACOBVS VVECKERVS *Baſilienſis* medica ſua ſyntaxi, quam edidit anno ſalutis 1562. fluente materia, ſi plethoricum eſt corpus, tundit venam internam cubiti oppoſiti; vel venam tali laborantis lateris, vbi præſertim hæmorrhoides aut menſes ſunt ſuppreſſi; ſi non ſit plethoricum, & dolor maxime ad clauiculam pertingat, venam cubiti e directo laborantis

Vveckerus an. 1562.

rantis lateris ſecat. Collecta vero materia, hoc eſt poſt principium morbi, venam e directo aperit, idque multoties [pag. 52.] præſertim ſi nondum fuerit celebrata phlebotomia.

Thomas a Veiga iam ſenior ſcripſit circa an. 1562.

Quomodo diſtantiſſimus locus ſit intelligendus.

THOMAS RODERICVS a VEIGA, *Eborenſis* medicus, *comment. in artem med. Gal. cap.* 95. vt concluſionem ſuam adſtruat, nonnullas obſeruationes proponit. Prima eſt, quod, vbi reuulſio ſimul & vacuatio tentanda eſt, non fiat reuulſio ad diſtantiſſimum locum ἁπλῶς & abſolute dictum, ſed ad diſtantiſſimum, ex his, quæ ſeruant cum affecta parte rectitudinem & communitatem. Rectitudinem vocat conſenſum inter partes vnius lateris, & obſeruationem longitudinis; ſic latus dextrum rectitudinem habet cum brachio dextro, ſiniſtrum cum ſiniſtro. Communitatem vero definit conſenſum per vaſis ductum a loco

Quid vaſorum communio.

ſecto ad venam quæ partem alit. Ita vena baſilica dextra communicat cum ramis dextris venæ ἀζύγου, ſecundum ductum venæ cauæ, cui continuæ ſunt & ἄζυγος & baſilica. Secunda propoſitio eſt, quod reuulſio nonnunquam ad locum, vnde eſt fluxionis origo, inſtituenda ſit, quo fit vt ſi ea origo non habeat rectitudinem

gem & communitatem cum parte affe-
cta, ex aduerſo ſit molienda reuulſio.
Niſi enim ad fluxionis originem &
fontem retrahas, parum in reuellendo promoueas. Hinc frequentes pleuriticorum dolores, nil per affectam partem leuati, repente aduerſæ ſectioni paruerunt, quibus ſcilicet humor ab aduerſo accedebat. In eo itaque caſu ſæpe ad diſtantisſimum locum reuulſiſſe *prodeſt. Tertia obſeruatio [pag 53.] quatuor capita continet; primum eſt; cum cauſa fluxionis valida eſt, vt plenitudo inſignis, reuellere oportet non modo a recto, ſed a longinquo. Secundum, cum affectus internus eſt, ſæpe a ſuperiore ſectione inchoanda curatio eſt, non e contra. Tertium, ſi larga euacuatio exerceri non poteſt ex proximo loco, non eſt reuellendum, parcius enim euacuaretur quam attraheretur. Quartum, alii affectus celeritatem medici deſiderant, alii tarditatem cum ſecuritate, qui celeritatem ex recto & communi reuulſionem efflagitant, qui tarditatem ex longinquo. Quarta & poſtrema obſeruatio eſt; cum reuulſio fit ex communi, cauendum, ne euacuatio ſit exigua, quæ agitando magis augeat fluxum quam retrahendo ſedet. His

Euacuatio parca non eſſe debet.

iactis fundamentis concludit: primo, in pleuritide Arabas peccare cum toto triduo detractioni ſanguinis ex aduerſo latere inſiſtunt: ſecundo, non minus errare quoſdam Galenicos, qui ab initio, & toto fluxus tempore, non ſecedunt ab affecta quadra (ſemidiametrum intelligit) vbi enim humor a toto corpore confluit, præterquam quod fluxum ea ratione non auertunt, etiam impenſe promouent. Denique & Veſalium labi oſtendit, quod in omni pleuritide axillarem dextram, quæ rectitudinem habet cum ἀζύγῳ, perpetuo tundendam eſſe adſtruat: & filamentorum vel villorum rectitudinem negligit: & ſitum defluxumque partium ſangui*nis intra truncum illum pectoris, ſicut filum & ductum aquæ intra alueum ſuum, explodit, ac demum rationem ex propenſione ſanguinis ad inſtar ignis ſurſum recta adſcendentis a quibusdam inductam, aliis rationibus euertit.

Per quadram quid intelligendum.

[pag. 54.]

Quidam dixere ſanguinem ſurſum recta aſcendere, quemadmodum ignis ad ſuam ſphæram tendit.

IOAN. CARVINVS Montis Albani medicus, *Dialogo* 6. *de ſanguine*, in notha pleuritide, quam ait a cruditatibus plurimis, craſſis cibis ac pituitoſis, eiusque generis humoribus generari, qui vel in pulmones vel inane thoracis ſpacium ſeſe ingerant pleu-

Caruinus an. 1562.

raṁque

ramque diſtendant, venæ ſectionis conſilium non magnopere probat: in exquiſita & legitima e directo lateris dolentis venam ſecandam cenſet: primo, vt impurus ſanguis detrahatur, nam dolente, verbi gratia, latere dextro ſanguis venis lateris oppoſiti contentus nihil prorſus vitii contrahit ac proinde inutilis eſſet eius eductio: ſecundo, vt naturæ ductum ſequamur, natura autem quanto potuit ſtudio breuiores ac tutiores vias ſemper elegit, rectæ autem viæ obliquis multo & meliores & tutiores.

NICOLAVS RORARIVS medicus Vtinenſis, *libro contradict. dubitat. & paradoxor. contradictione Gal.* 113. arbitratur, in pleuritide a bile nec ſectionem venæ, nec pharmaci exhibitionem conuenire, cum materia illa acris exacerbari atque exacui facili negotio poſſit. **Rorarius circa ann. 1563.**

IOAN. WIERVS Cleuenſis ducis archia*ter, *libro obſeruat. medicarum rararum* in defluxione peſtilenti ann. 1564. noxiam obſeruauit fuiſſe phlebotomiam in illa pleuritide populari, quæ in quibusdam Germaniæ inferioris locis graſſata eſt, ob venenoſi humoris agitationem motionemque grauiorem, qua ſpiritus & ſanguis veneno ſita. **Wierus an. 1564. [pag. 55.]** **In pleuritide peſtilenti ſanguis non mittendus.**

noſitatis promptius redderentur participes. Noxium præterea vſum rerum dulcium, quibus anacatharſis promouetur, extitiſſe, ac proinde acida, & ea omnia, quæ in peſte exhibentur, purgationem etiam ex rheo & pilulis peſtilentialibus præſcripſiſſe.

Geſnerus an. 1564.

Pleuritis peſtilens.

CONRADVS GESNERVS *Tigurinus*, de eadem conſtitutione loquens, *libro primo epiſt.* 9. *&* 15. pleuritidem illam notham apud ſuos graſſatam ſine inflammatione & ſanguinis ſputo, ſed cum febri & diſpnœa quadam periculoſa, ſudando fere in lecto nulla venæ ſectione fuiſſe curatam. Addit *epiſt* 19. venam in brachio ſectam nulli adhuc ſucceſſiſſe, felicius ad malleolos apertam fuiſſe.

Eraſtus de eadem conſtitutione peſtilenti an. 1564. reſcripſit ad Geſnerum, Monardis an. 1545.

THOMAS ERASTVS *Heluetius Aquenſis epiſt. ad Conrad. Geſner.* vbi agitur de venæ ſectione in illa peſtilenti conſtitutione adhibenda, non in dubium vocare eiuſcemodi remedium, quoties pleuræ adeſt inflammatio, ſed potius eius ratione mittendum eſſe ſanguinem, ſancire ac determinare videtur.

Sic orbe toto diuiſis in partes & factiones Medicis, ecce in Hiſpania NI-
[pag. 56.] COLAVS MONARDIS circa annum 1565. quaſi fœcialis alter ſacerdos de fœ-

fœdere inter Græcos & Arabas ſanciendo cogitat. Emittit ergo in lucem de ſecanda vena in pleuritide inter Græcos & Arabas concordiam. Hunc enim titulum fecit libro ſuo, quem hactenus mihi aut legere aut videre non fuit conceſſum.

Compeſcendo tanto bello non minus ſtrenuam nauauit operam HIERONYMVS MERCVRIALIS *Foroliuienſis* medicus, Senatus Veneti decreto an. 1569. in academia Patauina anteceſſor electus. Tres enim de ea re concluſiones proponit: prima eſt, vbi tota materia iam influxit, ſi copia ſanguinis adſit collecta ob aliquam ſanguinis ſuppreſſionem, puta hæmorrhoidas & menſtruas purgationes, ſanguis detrahendus eſt e ſaphena. Secunda eſt, initio morbi, cum nihil materiæ influxit, corpore plethorico, lateris oppoſiti vena eſt incidenda, quia ſola reuulſione opus, atque ita intelligendos ſcribit Archigenem, Aretæum, & Arabas. Tertia, ſi morbus eſt in progreſſu, ſiue adſit plenitudo ſanguinis ſiue non adſit, ſanguis ducendus eſt ex eodem latere, quod fecit *Hippoc.* 4. *de acutis*, quod non ſolum reuellere fluentes humores oporteat, ſed etiam ſanguinem, qui in-

Mercurialis circa ann. 1566.

Quo ſenſu audiendi ſint Arabes.

Digitized by Google

influxit & diſtendendo dolorem facit, euacuare.

Cæſalpinus an. 1569.

ANDREAS CAESALPINVS *Aretinus*, philoſophus & medicus inſignis, *libro ſecundo quæſt. medicar. quæſt.* 3. ſcribit reuulſionem fieri ad motum contrarium: contrarietatem vero *conſiderari ſecundum ſurſum & deorſum, raro, ſecundum dextrum & ſiniſtrum, ante & retro, intus & extra: quod magis conſpirent partes ſecundum rectitudinem corporis (quam Hippocr. κατ' ἴξιν vocat,) Sed quoniam ſecundum ſurſum & deorſum datur maior & minor diſtantia ad motus compeſcendos, non quæritur (inquit) maxima diſtantia, vt a capite ad pedes, ſed a cruribus & capite ad brachia. Hæc enim ſurſum quidem ſunt ad crura, deorſum autem ad caput: aut a capite aut thorace ad hæmorroidas bona ſit reuulſio. Motus enim ad diſtantiſſima non communicatur motui contrario, ſed requiritur propinquitas quædam & venarum communio, vt motus contrarius peruenire poſſit ad humorem in oppoſitum fluentem. Ideo aduerſus fluxiones ad thoracem inferiores partes venam internam brachii eiuſdem lateris ſecamus, vt ſeruetur rectitudo

[pag. 57.] Vera contrarietas eſt ſecundum ſurſum & deorſum tantum.

Diſtans dicitur ſecundum magis & minus.

Digitized by Google

tudo fibrarum. Et licet vena ἄζυγος exoriatur a dextra parte caudicis venæ cauæ, non ob id tamen in quacumque pleuritide ſecanda eſt vena in dextro cubito, quoniam ſaltem per arterias dextra dextris & ſiniſtra ſiniſtris communicant. Adde ramos ex vtraque iugulari ad vtramque mammam deſcendentes, qui exhaurire vtriusque lateris humores poſſunt. Dextrum autem & ſiniſtrum in reuulſione non reperio vſurpari a Galeno, præterquam in cruribus. Quærit tamen Cæſalpinus, an bene & vtiliter Arabes oppoſitam venam ſecent *in pleuritide? Reſpondet, nec ad reuellendum nec ad deriuandum nec ad euacuandum particulam affectam, ſed ad totius plenitudinem exonerandam, vbi vires non ſufferunt largam ſanguinis miſſionem vna vice, ſed ſæpius reiteratam poſtulant. Si enim in eodem latere ſecaretur vena, ex toto corpore pleno traheretur magis humor ad partem affectam quam extraheretur. Non enim conueniunt reuulſiones propinquæ corpore pleno: tutius igitur eſt, oppoſitum prius ſecare, deinde in eodem latere. Sed vbi vires validæ ſunt, & tuto & cito ſuccurritur copioſa ſanguinis miſſione ex eodem

Materia pleuritidis etiam per arterias euacuatur.

Reuulſio a dextro in ſiniſtrum locum habet in cruribus tantum.

[pag 58.]

Quomodo excuſandi Arabes, qui ex oppoſito venam ſecant.

Cum materia eſt venenoſa, pedis venæ ſecandæ.

Digitized by Google

eodem brachio. Tutius etiam aliquando ex crure, vbi materia latitat venenoſa, ne trahatur ad ſuperiora. Hactenus Cæſalpinus, apud quem plura legere eſt.

Vidus iunior circa an. 1570.

VIDVS VIDIVS, eius Vidii ex fratre Nepos, quem Franciſcus primus, litterarum reſtaurator, Florentia Pariſios euocarat ad medicinam docendam, tricis Arabum inuolutus, reuulſionis gratia ſecat vel ſaphenam eiuſdem lateris, vel baſilicam aut mediam brachii oppoſiti, & tandem deriuandi ſtudio baſilicam aut mediam lateris affecti.

Mercatus floruit ante an. 1570 vltra ann. 1600.

Contra ſenſit LVDOVICVS MERCATVS, regis Hiſpaniarum Philippi ſecundi & Philippi tertii archiater, perpetuo enim eiuſdem lateris venas per initia ſecandas eſſe reuulſionis & deriuationis gratia *lib. de medendi ratione* annotauit.

Guintherius obiit ann. 1574. [pag. 59]

IO GVINTHERIVS, ANDERNACVS, Pariſienſis *medicus *comment. 2. de veteri & noua medic. faciunda dialogo* 3. reuellit primo ex oppoſita parte aut ex malleolo, dein ex eadem: ſed non in omni pleuritide, nam in ea, quæ a pituitoſis crudis, aliisue a ſanguine humoribus concitatur, venæ ſectione interdicit & a ca-

thartico

Digitized by Google

thartico curationem ducit: in ea vero, vbi modicus ſanguis cum aliis humoribus dolorem laterum committit, in falſa quoque pleuritide, omiſſa phlebotomia & purgatione, cucurbitulas cum ſcarificatu præſcribit. Cucurbit. in pleurit.

ALEXANDER MASSARIA, *Vicentinus*, Mercurialis ſucceſſor, circa ann. 1580. ex brachio lateris laborantis ſanguinem mittit, hac enim ratione, vnicoque præſidio tum reuelli tum deriuari, quod ſit neceſſarium, contendit, non vero ſimpliciter reuelli, vt fit ſectis venis in partibus oppoſitis & diſtantibus. Maſſaria an. 1580.

LEONARDVS BOTALLVS *Aſtenſis*, regius & egregius medicus *lib. ſingulari de curatione per ſanguinis miſſionem cap.* 21. in pleuritide laudat primum fieri phlebotomiam ex viciniori brachio, & ſi poſtridie repeti debeat, ex aduerſo: ratus, non plurimum intereſſe, modo quantum morbus poſtulat detrahatur. Garriant hic (inquit) quantum velint picæ! adducant & Geometræ linearum proportiones! oſtendantque Phyſici, minore tempore percurri breuius iter poſſe quam longius, & inter duos motus quietem intercedere, idque eſſe breuius quod rectius! & alia id genus, quibus Botallus an. 1582. Is primus frequentem venæ ſectionem apud Pariſienſes induxit, in eumque ſcripſit Grangerius.

vt parum ad hanc rem efficacibus & [pag. 60.] vtilibus dicemus plus *intereſſe, quantum detrahas, quam vnde. Debere autem potius aperiri longius, vt iuxta carpum, aut in poplite, aut ad talos, artificis eſt artem minime intelligentis id aſſerere.

Douynetus an. 1582. Eodem anno IACOBVS DOVYNETVS, medicus Tricaſſinus, apologiam edidit, in cuius *lib.* 3. *cap.* 2. hæc habet. Eſt etiam alia ſanguinis mittendi cautio animaduertenda, aeris ſcilicet conſtitutio, & loci, inquit, Hippocrates *lib. de aer. loc. & aq.* Romæ etiam & Athenis pleuritico ſanguis non mittitur tuto, inquit Aſclepiades & Gal. quod hæ ciuitates ſint Auſtris obuerſæ: eadem eſt ratio, cur & Narbonæ tuto vena non tunditur eidem affectui. Vnde fit, vt medici Narbonenſes medicos Pariſienſes inſectentur, quod nimis libere pleuriticis ſanguinem detrahant. In Paro vero & Helleſponto atque etiam Lutetiæ & Tricaſſibus tuto pleuriticis vena ſecatur. Hæc ille.

Hoc attulimus ſupra ex Cælio Aurel.

Duretus obiit an. 1586. LVDOVICVS DVRETVS, Pariſienſis medicus, Heurniano elogio in medicorum ordine tertius Galenoque poſtponendus, in poſteriorum autem ſeriem reliquis omnibus antefe-

ren-

Digitized by Google

rendus *comment. in corollarium de cautione phlebot. ad cap. 26. lib. 2. Coac. Hippocr.* ex Præceptoris mente ſex pleuritidis differentias conſtituit, dextram, ſiniſtram, ſuperam, inferam, poſticam, anticam: ac illam quidem, quæ attingit clauiculam, cum grauitate brachii & mammæ, quæ nec fotu mituit, manetque ſicca & ſputi expers, cum *ſiti, febre aſſidua & ſpiratione multum difficili, poſtulare ſcribit venæ ſectionem & liberalem detractionem ſanguinis, inferam vero pharmaciam quodammodo mochlicam. Supera tamen, ſi tum ex facili tum cito & liberaliter expurgetur ac ſputo flauum exacte permiſtum ſit, tum careat omni excurſu, quem ciet febris, omnique coryza, & vrinarum bella ſit coloratio: phlebotomiam non exigit, ſed reſpuit potius & auerſatur, quoniam detrahendo ſanguinem ſputum retrahitur, ipſaque ſiſtitur anacatharſis, ne taceatur lateris infirmitas, quam infert repetita carnificum phlebotomia. Enarratione vero *in cap. 26. lib. 1. Holler. de morb. internis* ſemper ex eodem non ex oppoſito latere venam eſſe ſecandam ſtatuit, niſi in ſumma plethora, & maxime ab vna parte in aliam gar-

Pleuritidis differentiæ ſex ratione ſitus.

[pag. 61.]

 galiſmo,

galiſſimo, tum etiam, ſiue ſiniſtra fuerit pleuritis vel intercoſtalis, vel thoracica, vel mediaſtina, vel hypochondriaca, ſemper (inquit) e directo detrahere ſanguinem oportet. In mediaſtina quidem & intercoſtali ad mutationem coloris, vnde coniunctæ cauſæ amotio ſignificatur: in hypochondriaca vero tantum ad declinationem antecedentis cauſæ. Vena autem, quæ ſecatur, non eſt (vt habet idem Duretus *annotatione in prædictam enarrat.*) quælibet ex tribus cubiti venis, quæ magis conſpicua fuerit, nam ſine delectu quamlibet ſecare periculi plenum eſt: itaque ea ſit interna, id eſt axillaris interior, quæ vulgo baſilica appellatur.

Pleuritidis quatuor differentiæ a parte deſumptæ.

[pag. 62.] *SALOEVS SCLANVS, in Gymnaſio Neapolitano Anatomicarum diſſect. artifex peritiſſimus, *comment. ad Aphor.* 21. *lib.* 1. fibrarum rectitudinem, Briſſoto, Fuſchio, Veſalio probatam, nullius eſſe vſus in phlebotomia exiſtimat: laudat ſolam vaſorum continuationem & ſocietatem, Veſalii opinionem reprehendit, niſi quod obſeruauiſſe ſe dicit oſtiola aut membranulas appoſitas ad initia germinationis venæ ἀζύγυ a vena caua, ſimiles iis, quæ ſunt in cordis ventriculis,

Salceus circa eadem tempora.

Sclanus valuulas in azygo obſeruauit.

lis, ratione quarum prohibetur, ne ſanguis, qui a caua fluxit ad venam ἄζυγον, poſſit ad cauam remeare. Admittit præterea ſocietatem & coniunctionem intercoſtalis venæ cum ramis ἀζύγȣ, rationemque horum omnium hanc adiungit: quod niſi oſtiolis prohiberetur refluxus ſanguinis ad cauam, perpetuo conſtrictionis motu, quem obit thorax, ſanguis reflueret a vena ἀζύγῳ ad cauam, ſicque alimento deſtituerentur illæ partes. Coniunctione vero illa intercoſtalis cum ἀζύγῳ natura prouidit plenitudini & vitio ſanguinis, conſiſtentis in ἀζύγῳ, quippe cum ſocietate illa detrahatur ſanguis ſecta vena in brachio vel dextro vel ſiniſtro, qui in ἀζύγῳ continetur. Concludit ergo, ſecandam ſemper venam e directo.

Ratio cur natura appoſuerit valuulas azygo.

HERCVLES SAXONIA, *Victorienſis*, in Academia Patau. ſucceſſor Capiuaccii deſignatus ann. 1590. vbi Comitis Palatini honorificum nomen ac titulum conſecutus eſt, libro *ſecundo *Practicæ med. cap.* 5. in Manard. ſententiam deſcendit, aitque, magna ex parte ſecandam venam e directo, quandoque tamen ab oppoſitis & remotis venis auſpicandam eſſe

Saxonia an. 1590.

[pag. 63.]

Digitized by Google

Pleuritides fiunt frequentius per modum attractionis quam fluxionis.

curationem. Magna ex parte (inquit) duas propter cauſas: prima eſt, quod plerumque huiuscemodi inflammationes fiant per modum attractionis, non fluxionis. Attrahitur vero materia vel ex dolore, vel ex calore partis, quo caſu ſecanda vena, quæ partem quamprimum refrigeret & calorem adimat, talis eſt proxima. Secunda eſt, quod plerumque pleuritides fiant in corporibus non robuſtis, quæ plures non patiuntur ſanguinis euacuationes: hinc ſatius eſt, ſecare venam, quæ ſimul reuellit, deriuat, & euacuat a parte affecta, quam remotam aperire, quæ duntaxat reuellit. Quandoque vero, vt primo in muliere pleuritide laborante cum ſuppreſſis menſibus, ſecari debet vena pedis eiusdem lateris primum, dein ſi menſes non fluant & dolor augeatur, vena cubiti eiusdem lateris, ſi menſes incipiant fluere iterum eadem ſaphena. Secundo, in ſuppreſſis hæmorrhoidibus aperiantur hæmorrhoidales. Tertio, in corpore admodum pleno in principio ſecetur vena oppoſiti brachii, & poſtea vno ſcilicet eodemque die vena lateris laborantis. In ſummum pueris pleuriticis & iis omnibus, quibus in principio morbi ſuperuenit fluxus

Pueris pleuriticis non eſt ſanguis educendus.

fluxus alui, quacunque phlebotomia interdicit.

*PROSPER ALPINVS *Venetus lib.* 2. *De medic. Ægyptiorum cap.* 10. ob ſeruat, Ægyptios, Arabas, Abyſſinos, & Æthiopas non ſolum cubiti venas in inflammationibus partium, reſpiratio- ni inſeruientium, ſed etiam iugulares (quod ſuperius ex *auct. de anatomia viuorum* obſeruauimus) aperire, in- flammatione dein perſeuerante loco dolenti altas ſcarificationes adhibere, e quibus multum ſanguinis emanare ſinant.

[pag. 64.] Alpinus an 1591. Ego in vehementiſſimis & diuturnis capitis doloribus aperiri iugulares curaui fauſto ſucceſſu hoc an. 1621.

IOAN. RIOLANVS pater, eximi- um ſcholæ Pariſienſis lumen & Hippo- craticæ doctrinæ aduerſus Chymiſtas vindex acerrimus, *meth. particul: med. ſect. 2. contra Arabas & Scaligerum* dogma Græcorum tuetur, Veſalii opi- nionem vt irritam dimittit, Holle- rium cum ſuis valuulis parum promo- uere ſuſtinet. Dato enim, quod ma- teria affixa lateri ſiniſtro reuelli & re- trahi non poſſit: attamen quæ fluit antecedens cauſa, quæ facit & fouet morbum, quidni ſiſtetur reuelletur- que? in pleuritide dextra non tantum initio ad reuulſionem, ſed etiam toto morbi decurſu ad euacuationem ma- teriæ coniunctæ aperienda eſt hepati-

Riolanus an. 1598. Scripſit contra Libauium Chymiſtam, Querce- tanum, & alios.

ca. In ſiniſtra vero, quamdiu ſit fluxio, ad reuulſionem aperienda videtur hepatica, vt reuulſio fiat de fonte ſiue trunco, deinde vt impactus humor educatur, baſilica ſiniſtra, Saphena vero aperiatur, cum hæmorrhoides viris, menſes mulieribus ſubſtiterint. Hæc ille.

Laurentius an. 1599. [pag. 65.]

ANDREAS LAVRENTIVS, *Monſpelienſis* medicus, Chriſtian. Regis Henrici IV. ter maximi archiater, libro ſexto *hiſtor. anatom. capite 7. quæſt.* 6. in Veſalium inſurgit & in Hollerium: in illum quidem, quod ſecandam perpetuo in omni pleuritide baſilicam dextram præſcripſerit, ignorata pleuritidis generatione, quæ fit vel ab intercoſtali ramo, vel ab azygo, vel a mammaria vena, vel a thoracicis, cum ille a ſola azygo fieri exiſtimaret: In hunc vero, quod obſeruationem valuularum ἀζύγȣ chimericam, fictitiamque introduxerit. Ergo ab eodem ſemper latere venam ſecandam præcipit, non omnem quidem, ſed baſilicam tantum, ex mandato Hippocratis.

Venæ, a quibus pleuritis committitur.

Heurnius obiit an. 1601.

IOAN. HEVRNIVS *Vltrajectinus*, in academia Lugdunenſi Batauorum primarius medicinæ profeſſor, *libro*

libro de morbis pect. cap. 2. in pleuritide anginæ ſuccedanea venam non ſecat, ut nec in ea, quam extraordinaria quædam aeris conſtitutio inuehit, ob altam excellentemque putredinem, rationi incognitam, quæ valide cor inuadit, bellumque acerbiſſimum mouet vitali facultati. In cæteris, etiam vbi ſanguinem expectoratum parce prodit, laudat phlebotomiam e directo, cum adeſt vehemens dolor, cum eſt leuis & in ſucciplenis corporibus, ex oppoſito.

In qua pleuritide non ſecanda vena.

Nouam & inauditam ſententiam viſi ſunt habere quidam ALEXANDRI PETRONII ſectatores, Romæ medicinam exercentes, quemadmodum refert CHRISTOPHORVS GVARINONIVS *Veronenſis, conſultatione* 314. Non credidere enim Petroniani, aliquam dari pleuritidem, quod inflammari poſſe membranas negarent. Doloris vero laterum cauſam acceptam ferendam pulmonibus tumentibus ex inflammatione & vrgentibus pleuram, nec alia vnquam ratione dolorem laterum contingere. Hanc ob rem exiſtimabant Petroniſtæ, parum momenti ſitum eſſe in detractione ſanguinis, vel ex directo vel oppoſito brachio celebranda.

1610.

[pag. 66.]

Guaſtauinus an. 1614.

IVLIVS GVASTAVINVS, Patritius Genuenſis & in Piſano gymnaſio anteceſſor, *libro locorum de medicina ſelectorum cap.* 23. ex quo nonnulla in vſum noſtrum deſumpſimus, allatis multorum Græcorum, Arabum & Latinorum ſententiis ſuum ſymbolum ſubiungit, docetque primo, miſſum ſanguinem ex oppoſito latere nunquam pleuriticis detrimento fuiſſe, nec alteri lateri inflammationem attuliſſe: ſecundo nonnullam ponit diſtinctionem inter reuulſionem & deriuationem, principium quoque & rationem fluxionis recenſet ſatis prolixe. Quibus poſitis hoc modo concludit, ſi a capite ad pleuram per iugulares venas & alias deinceps decurrat ſanguis, ex capite & iugularibus ſanguis detrahatur, ſed quoniam frontis vena non eſt opportuna, & iugulares cum periculo ſecantur, idcirco exterior in brachio, quæ & cephalica dicitur, incidatur e directo lateris affecti, quamquam [pag. 67.] reuulſionis a capite gra*tia non multum fortaſſe interſit, vtra ſecetur, cephalica dextra an ſiniſtra, cum ex iugularibus in caua vena admiſceatur ſanguis, qua deinde exoriuntur cephalicæ

licæ vtræque. Si vero in partibus inferioribus humorum multitudo ab iiſque digreſſus ſanguis ad latus reſiliat, quod menſibus ſuppreſſis aut hæmorrhoidibus contingere ſolet, eo caſu venæ in pedibus aperiantur ex ea parte, qua fuerit dolor in latere, ibidem enim ſimiliter in vtero eſſe affectionem coniectandum eſt. Si autem vtrobique, id eſt, tum in ſuperioribus tum inferioribus partibus aderit multitudo, & vtrinque materia decurrat, vtrobique ſcindatur vena. Quod ſi in ſuperiori parte venæ cauæ ad iugulum, & inferius etiam ad eamdem venam & locis proximis ſanguis redundet, vnde impetu facto, ſiue ad dextrum ſiue ad latus læuum, declinet, oppoſitam partem ſecemus, contrarium motum opponentes, puta ſi ad læuas partes moueatur ſanguis, ſiue per venam a caua proxime prodeuntem & nutrientem tres aut quatuor ſuperiores coſtas, ſiue per axillaris ramos copulatos cum propaginibus ramorum ἀζύγου, baſilicam dextram aperiamus: etiamſi vtilis eſſe poſſit ſiniſtræ ſectio, cum hinc etiam ſit origo fluxionis & ad inferiorem adhuc longe partem materia ſit decubitura. Attamen in tribus aut quatuor ſuperio-

Læſio eſt in parte vteri in qua eſt pleuritis.

ſuperioribus coſtis magis probat Sclanus propoſitæ venæ ſectionem, quam [pag. 68.] in inferioribus, quoniam hac non potest ſanguis multum concitate ferri. Itidem ſi ad dextras partes a caua moueatur ſanguis quacunque via, reuulſionis gratia ſiniſtra baſilica aperiatur, maiori etiam vtilitate, quod vtrobique ad excipiendam facile fluxionem aditus pateat, etſi dextræ etiam apertio non parum conferat. In his autem ſanguinis eductionibus non eſt expectanda ſanguinis mutatio, cum fiant reuulſionis tantum gratia: cum vero fit eductio ſanguinis deriuationis ergo, ex vicina parte & ſocia & inflammationi communicante, hoc eſt, ex interna brachii lateris affecti celebrari debet. Denique ſcribit, amiſſa aliqua reuulſione ſtudendum eſſe deriuationi, cum dolor nimirum vehementius vrget, eo fine, vt dolor, qui ex ſanguinis multitudine diſtendente & qualitate affligente creatur, humore eodem exhauſto & extra corpus emiſſo ſedetur.

Vaſcus an. 1616. PETRVS VASCVS CASTELLVS, medicus & philoſophus Luſitanus, *lib. exercit. medic. tract. quinto de pleurit. cap. 9. difficultate prima*: cum

cum pleuritis eſt admodum exigua, aut licet aliquantulum maior, attamen corpus purum corripit, aut cum aliquot ſigna deficientia, alia vero aliunde ſupercreſcentia illius cognitionem interturbant, aut quando dolor acerbus adeo eſt, vt vires exoluendo & humorem ad contrarium trahendo ac retinendo ſanguinis miſſionem & periculoſam & inutilem reddat, iuxta Hippocratis placitum fomenta lateri applicando doloris mitigatio*nem tentandam eſſe monet: [pag. 69] alias baſilicam brachii eiusdem lateris ſecandam eſſe ait *cap.* 10. niſi vacuationes ſolitæ hæmorroid. aut menſium omnino ſuppreſſæ in pleuram refluere & decumbere manifeſte deprehendantur: eo enim caſu a venæ poplitis vel tali ſectione curationem incoandam ſcribit *eodem cap. difficult.* 12. Præterea *difficult.* 13. *eiusdem ſection.* venam e directo, cum menſes erumpunt intempeſtiue, ſecandam præcipit, cum tempeſtiue erumpunt ſed parcius, venam primo malleoli, deinde venam brachii. Attamen *cap.* 3. phlebotomiam exiſtimat noxiam eſſe nothæ pleuritidi ex cruditatibus plurimis, & craſſis pituitoſisque humoribus in vacuum thoracis

In quo caſu phlebo-to. in pleur. inutilis.

Digitized by Google

racis locum ſeſe repente ingerentibus concitatæ. Subiungit demum *capit.* 10. *difficult.* 2. hæc verba: ſi cacochymia adeo eſt magna, vt multis numeris ſanguinem ſuperet, præſertim ſi ad primam corporis regionem a natura deducatur, quod & vomitu & liquidioribus alui recrementis coniicere licebit, ſi etiam dolor febrisque parum adſit, anxietudines autem ventriculi aggrauationem, & prauorum ſuccorum illuc decumbentium multitudinem oſtendentes multum infeſtauerint, absque dubio in hoc caſu prima aut ſecunda morbi die medicamentum leniens ex caſſia aut manna ante phlebotomiam poterit propinari.

Quando a purgatione incipienda curatio pleuritis.

1617. IOAN. COLLE, *Bellonenſis, tomo ſecundo de curandis affectibus malignis & peſtilen*tibus libro ſecundo capite* 12. meminit peſtilentis pleuritidis anni 1616. cui inter initia venæ ſectio minime opem ferebat, ſed potius clyſteres & euacuatio per pharmacum & cucurbitularum ad infernas partes appoſitio atque crurum ſcarificatio. Tunc enim cacochymia non plethora vrgebat, ſummaque crudorum ſuccorum redundantia. *Capite* vero 17. ſcribit, eo die, quo inuadit

[pag. 70.]

uadit pleuritis, venam cædendam eſſe, niſi ex ingurgitatione ciborum potusque proueniat, ſiquidem eo caſu diæta die vno ægro eſt imperanda, poſtea ſanguis e vena mittendus, quæ in cauo cubiti eſt, non eius, quæ in rectum inceſſum inflammatis coſtis opponitur, quod præſtet maxime procul abducere. Sed paulo poſt mentem ſuam diffuſius explicat. Dum pleuritis gignitur, inquit, ruitque ſanguis e toto, illico oppoſita vena lateri dolenti inciditur, quæ non ſolum vniuerſi plenitudinem minuit, ſed aliunde longe a tentata parte curſum reuocat: dum vero iam facta inflammatio magis infeſtat, ab interna eiusdem lateris vena tuta experientia ſanguis emittitur. Ægritudo quoque dum iam per aliquot dies a ſui principio infeſtauerit, phlebotomiam ex eadem parte poſtulat, & quidem ex axillari interna, quæ ramos thoracicos ſpargit coeuntes cum ramis ve[illegible]zygæ, vnde euacuatio, reuulſio & deriuatio conſequitur: ſed ſi non apparuerit, ex alia interna aut humerali. Tandem ſi inutilitas ſanguinis *ad vterum luxuriet, primum [pag. 71.]
ſaphena pedis, poſtea ea brachii, ſi oppoſito modo, oppoſita primo ſecetur,

cetur, In vtero gerentibus propter aborſus periculum, ſaluatella non negligitur, præſertim in lienoſis. Hirudines puellis brachii venis affigantur, arteriæ pedis & ſummae manus inciſio confert, quemadmodum etiam crurum ſcarificatio. Plura lege apud eum authorem.

Pietreus olim Chirurgic. Profeſſor Regius.

Hanc prolixam διάλεξιν terminabunt Præceptores quondam mei Simon Pietreus, Ioann. Riolanus filius, & Claudius Carolus, Pariſienſes Medici & Regii in eadem Pariſienſi Academia profeſſores.

Pietreus obiit 24. die Iunii an. 1618.

Pietrei ſententia.

Simon Pietreus vir medicæ artis tantum ſciens & intelligens, quantum humana mente capi & concipi poteſt, epiſtola ad clariſſimum Guerinum, medicum Pariſienſem ſcripta anno 1614. quam tibi poſtea exhibemus, ita Hippocratis & Briſſoti doctrinam ſequitur, vt ab ea ne latum quidem vnguem diſcedere fas eſſe putet: experimento edoctus quod adeo iam frequens eſt, vt [illegible] ruſticos & idiotas lateat. Neque tamen (vt libere meum ſenſum exponam) alienum (inquit) erit, vbi pleuritis contumacior eſt, fomitemque habet ſanguinis orgaſmum, & æſtum, quo maior vacuatio fiat, & commodior

ven-

ventilatio per vniuerſum corpus accenſi furentisque ſanguinis, hinc inde ſanguinem detrahere κατ' ἴξιν καὶ ἀνάπαλιν ſiue ἔμπαλιν, vt Græci loquuntur. Quæ mea *ſententia Hippocratis doctrinæ non aduerſatur, ſed potius ſuffragatur: qui vndique in thoracis inflammationibus ſanguinem vult educi. Nec mihi vnquam erit religio, ſi venæ lateris dolentis exiliores ſint & ad ſectionem minus idoneæ, alterius venas ſecare, ea cauſa, quam dixi, ventilandi retrahendique ſanguinis, qui ex toto corpore in partem affectam influit. Hæc ille Hippocratis alter a Galeno genius, qui alienæ gloriæ tam diligens & amans fuit, quam negligens & oſor propriæ. Cum enim præclaris ingenii ſui monimentis, quæ pluriima in bibliotheca aſſeruabat, Pietreium nomen & ventilare & efferre in gloriam poſſet, iamque vltimos natiuosque colores doctiſſimis Dalechampii in ſextum Pauli Æginetæ commentariis, nec non Chirurgicis Gourmelani operationibus admouiſſet, ne nomen quidem ſuum præfixit. Cum interim ſopitum Briſſoti nomen & a nonaginta pene annis extinctum nunquam ſine honorifica commendatione

[pag. 72.]

Pietre. plurimas obſeruat. habuit in biblioth.

Illuſtrauit Piet. Æginetæ & Gourmelani Chirurg.

ne (quoties ſeſe offerret occaſio) dimiſerit, imo vero, qua voce qua ſcripto recudendi illius libri apologetici conſilium clariſſimo collegæ ſuo Dionyſ. Guerino dederit; & mihi denique (cum hoc præſtare per turbas tota Gallia excitatas non potuiſſet doctiſſ. Guerinus) ſuſcipiendæ operæ, dulciſſimique laboris mentem atque animum ita induxerit, vt ab eo inſtituto ne grauiſſimæ quidem rationes me potuerint auocare.

Pietr. dedit conſilium recudendi Briſſoti.

[pag. 73.] *IOAN. RIOLANVS, anatomicorum omnium perfectiſſimus, &, vt cum Eunapio Sardiano loquar, ἔμψυχος βιβλιοθήκη, ſpirans inquam bibliotheca, viuumque adeo muſæum, ita in eo pene nihil ex omnibus artibus ac diſciplinis, quod perſpectum cognitumque non habeat, deſideratur. Is ergo *libro tertio Anthropograph. cap.* 8. ſemper e directo lateris affecti celebrandam venæ ſectionem commemorat iudicio Hippocratis & Galeni conſilio, nec tamen e qualibet vena, ſed potiſſimum e baſilica, e qua thoracica producitur, vt κατ' ἴξιν celerior euacuatio conſequatur: vbi autem in eo morbo plenitudini ſatisfactum fuerit, laudat cruentas cucurbitulas lumbis affixas,

Riolanus an. 1618. emiſit ſuam Anthropo.

Riola. ſecat venam e directo baſilicam.

Thoracica vena emittitur a baſilica.

Cruentæ cucurb. lumbis affixæ vtiles pleurit.

xas, ob truncum venæ ἀζύγου ad nonam vel decimam thoracis vertebram repentem, ibique in duos ramos ſciſſam, qui, ſecundum ſpinæ longitudinem progredientes, vel in emulgentem ſui lateris, vel in truncum venæ cauæ iuxta emulgentem deſinunt. Denique valuulas in vena intercoſtali & in azygo a ſe obſeruatas ac demonſtratas prodit. Cum (inquit) natura prouideret incommoda, quæ partibus euenire ſolent ex plenitudine vaſorum, elegans artificium excogitauit. Nam in partibus decliuioribus & quæ continuo mouentur, vaſorum orificiis membranulas appoſuit, tanquam repagula, quibus repentinus ſanguinis affluxus ſiſteretur. Cum igitur thorax, ob reſpirationis neceſſitatem, perpetuo moueatur, ne ſanguis in *venam ἄζυγον affatim irruens pleuritidem inferret, benigna parens, vt huic incommodo proſpiceret, tres valuulas tanquam oſtiola in caudice venæ ἀζύγου alternatim diſpoſuit, prima eſt in exortu venæ, duæ aliæ directe oppoſitæ in media caudice affixæ affatim irruenti ſanguini obſiſtunt, ſed remeanti cedunt: propterea non impediunt, quo minus materia pleuritica

Valuulæ tres in azygo.

[pag. 74.]

Quæ corpora pleuritidi magis obnoxia.

Amati & aliorum error circa valuulas azygi.

Anatomicorum omnium oſcitantia circa valuulas azygi.

tica ab ἀζύγȣ ramis in cauam refluat. Quod ſi vnica tantum adſit valuula (inquit) vt ſemel mihi videre contigit, eiuſcemodi corpora pleuriticis affectionibus ſæpiſſime tentantur. Ex his viri diligentiſſimi, anatomicis demonſtrationibus, primo quam grauiter Amatus Luſitanus, Hollerius, & Salceus Sclanus lapſi ſint, patet: qui valuulas appoſitas credebant ea ratione, vt affluentem e caua in ἄζυγον ſanguinem exciperent, refluentem ab azygo ad cauam reprimerent, cum e contra affluentem reprimant, admittant refluentem: ſecundo quam turpiter errauerint omnes hucusque anatomici, qui tam conſpicuas in azygo valuulas nec viderint nec obſeruarint.

Carolus an. 1621.

CLAVD. CAROLVS, non minus in ſoceri Pietrei virtutes quam Regiam docendi prouinciam ſuccedens, *methodo particulari*, quam diſcipulis ſuis præſcripſit an. 1621. *cap. de Pleuritidis curatione* quatuor exquirit, primum an ſemper in pleuritide expediat ſanguinem mittere; alterum, quo tempore mitti debeat; tertium ex quo loco; quartum qua menſura. Quod ad pri*mum ſpectat, concludit cum *Gal. lib.* 13. *meth. cap.* 11. con-

[pag. 75.]

Digitized by Google

conſentientibus omnibus ſemper auſpicandam eſſe pleuritidis curationem a phlebotomia, quod pleuritis omnis, ſiue notha ſiue vera, ſit inflammatio. Quoad tempus Heraclidi Tarentino apud Cælium Aurelium non conſentit, qui prima die iniiciendum enema, ſequenti educendum ſanguinem volebat; neque methodicis, qui in tertium vsque diem phlebotomiam differebant: ſed Galeno *tertio meth.* & Aretæo, monentibus, vt in omni inflammatione quam citiſſime mittatur ſanguis, tum quia febris eſt acutiſſima, tum quia dolor plerumque immanis, cuius ſedandi, illius extinguendæ venæ ſectio eſt præſens remedium. Accedit etiam, quod tuſſis frequens, dolor, febris, difficultas ſpirandi ſoleant vires vehementer proſternere, vt niſi cito adminiſtretur hoc auxilium, minus tuto poſtea celebretur. Quod attinet ad locum, variis variorum propoſitis ſententiis definit, vſum iam inualuiſſe, vt ſemper e directo ſanguis educatur in pleuritide, quamcunque ea cauſam habeat. De menſura ſanguinis duo affert Hippocratis decreta, primum, quo monet Hippoc. vt mittatur ſanguis donec

rubeus exeat, vel pro rubeo liuidus: alterum, quo ſancit, vt ſanguis educatur vſque ad animi deliquium, ſi dolor ſit vehementiſſimus. Primum præceptum negligendum eſſe ſcribit; quod, ſi ſemper expectanda eſſet ſanguinis iſta permutatio, interdum prius [pag. 76] æger ſit *interiturus ex phlebotomia, quam ſanguis mutetur. Poſtremum prætermittendum ſuadet, tanquam noſtra tempeſtate pernicioſum, quia propter dolorem, tuſſim, febrem validis viribus opus eſt, quæ tales eſſe nequeunt ad anacatharſin, ſi ſanguis ad animi deliquium educatur. Hæc vir ingenio, doctrina, eloquentia admirabili & prope diuina tantaque in Hippocratico medendi vſu peritia & felicitate, vt in florida ætate ac prope iuuenili ſenioribus medicis prudentiæ ac maturitatis gloriam & lauream præripiat.

Caroli laudes.

Blondelus an. 1620.

Adderem pro coronide & epidorpiſmatis vice neſcio cuius ALMARICI BLONDELI Laudunenſis opinionem, libello, quem ſcripſit *de venæ ſectione aduerſus Botalliſtas*, niſi is omnino delirus eſſet ſenex, nec grammaticæ nec medicinæ guarus, tot mendis, ſtribiliginibus, mendaciis, nugis, obtrectationibus & conuiciis ſca-

ſcatet eius quatuor aut quinque du- plicatarum bractearum libellus, fa- to annalium voluſianorum digniſſi- mus. Dicam tamen quid *cap.* 3. il- lius libelli de pleuritide contineatur & ſinam, Ineptus Blondeli libellus.

Canus vt hic albos anſer ſtrepat inter olores

Itaque primis diebus, hoc eſt primo & ſecundo die cum terminari debet pleuritis ſeptimo, geminata venæ ſectione, aut ſi videtur, triplicata & per vices repurgato corpore clyſtere & alio quouis pharmaco cum ſyrupis primo incraſſantibus; in ſtatu, par- tim incraſſantibus & incidentibus po- ſtea; in de*clinatione, incidentibus cum fotibus & linimentis curationem pleuritidis Blondelus aggreditur. Nec tamen ter a ſe repetitam phleboto- miam ſatis probare videtur, ſed po- tius in Pauli Æginetæ migrare ſen- tentiam, cui impudentiſſime affingit venæ ſectionem in pleuritide non iteraſſe, quod dicat, ſi dolor ad iu- gulum vsque peruenit, remedium eſt ſanguis dimiſſus. Idque experien- tia eleganti ſane confirmat a curatio- ne plebeiorum & rura incolentium deſumpta, qui fere omnes vna vice contenti adire medicum, vna ſola

Ordo ſer- uatus a Blondel. in cura pleu- rit.

[pag. 77.]

Blond. aut non intel- ligit Ægin. aut ei affin- git & im- ponit.

adhibita venæ ſectione curantur. Cæteras eius φλυαρίας ſilentio prætermitto, ne, quod fertur, vel τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι videar, vel ſi huius hominis ineptias tot lectiſſimorum virorum argutis definitionibus immiſceam, dicatur ἴνος ἐν μύρῳ.

Cæteri iſti Medici nihil noui a ſuperioribus attulere.

Sunt & nonnulli alii celebres medici, qui de hac quæſtione meminerunt, Dominicus a Melgutia Romanus Medic. Alphonſus Bertutius Faventiſis, Ioan. Aquilanus, Petrus Roſatus, Hubertus Barlandus, Hercules Bonacoſſus, Guido Anterigolus & Andreas Paſchaſius Florentini, Thaddæus Dunus Locarnenſis, & aduerſus Dunum Camillus Squarcialupus Plumbenſis, Ioan. Baptiſta Suſius, Ioan. Baptiſta Donatius, Nicol. Maſſa Venetus, Gaſpar Næuius Chemnitius, Hieronymus Nunius, Ioan. Nicol. Rogerius, Franciſcus de Franciſcis, Minadous Manardi alumnus, Ioan.
[pag. 78.] Franciſc. Arma, Vincentius *Madius, Franciſcus Bona-fides, Horat. Augenius a monte Sancto, Franciſc. Courcellus Ambianus, Anton. Ludouicus Olyſiponenſis, Ferdinandus Mena Hiſpanus, Hieronym. Tragus Germanus Theologus, Alexis Gaudinus, Oddus de Oddis, Iacobus

bus Pons, Petrus Foreſtus Alcmarianus, Anton. Maria Bettus, Leonellus Fauentinus de Victoriis apud Felſinenſes ordinarius practicus, Iacobus Fontanus, Henricus Petræus Marpurgenſis profeſſor & multi forſan alii. Sed eos ſigillatim non percenſemus, quod eorum ſcripta, vel diuerſi parum vel nihil a ſupradictis obtineant.

Habes hic (benigne lector) deductam per ſæcula Latinorum medicorum de hac quæſtione decertantium ſeriem, & pene dixerim, ἀπόφασιν, ex quo videatur aucta potius quam dirempta controuerſia.

Rem tamen ipſam ſi reuocata in conſilium ratione exactius ad libellam perpendamus, & per ſingula capita numeremus calculos; animaduertemus primo, plures maiorisque nominis medicos in Hipp. & Galeni ſententiam concedere, quam in Arabum opinionem: iamque hodierna die toto orbe non ſolum apud medicos & peritos artis, ſed apud idiotas etiam & imperitam ruſticamque plebeculam receptum eſſe vſum phlebotomiæ ſtatim initio pleuritidis e directo partis laborantis celebrandæ.

Concluſiones duæ.

Prima plures ſtare a partibus Græcorum; uſumque eorum hodie vbique receptum.

g 5 Se-

Secunda doctrinam Græcorum [pag. 79.] renouatam eſſe a Briſſoto.

Secundo obſeruabimus, hunc vſum a nata, vt ita dicam, & ineunte medicina apud Græcos receptum, & ab A*rabibus ac Barbaris per 800. circ. annos intermiſſum, poſtliminio reuocatum & renouatum fuiſſe a PET. BRISSOTO, Pariſ. ſcholæ alumno, & eius beneficio ea, quam exhibuimus tibi, ſerie per vniuerſam Europam propagatum.

Reuulſionis difficultas eſt in cauſa controuerſiæ circa pleuritidem.

Porro ex quo fonte tam inſignis controuerſia tamque diuerſus hominum ſenſus eruperit, ſi curioſa indagine perconteris, inuenias, totum litis fundamentum ac firmamentum in ratione reuulſionis controuerſa collocatum. Hactenus enim in ſenatu medico qui de reuulſione, deriuatione, euacuatione, diuerſione, ſimplici, mixta, vniuerſali, particulari, directa, oppoſita, remota, proxima in eamdem ſententiam deſcenderint, vix duo reperiantur. Interrogatus aliquis doctor, quæ ſit iſta rectitudo, num ſitus, an viarum, an fibrarum, nedum vnum inueni, qui idem dixerit de ſenſu iſtius dictionis κατ' ἴξιν ſiue εὐθυωρίαν, inquit MONTANVS *comment. in primam partem Aphor. Aphor.* 20. cui adſtipulatur SANCTORIVS a SANCTORIO

Nullus Medicorum in explicanda reuulſione conſentit.

RIO *meth. vitandorum errorum lib.* 14. *cap.* 1. Verum (inquit ille) quid intelligendum ſit per rectitudinem, quid per diſtantiſſima, & nunquid illa conditio, quod trahantur humores verſus originem, per ſe & ſemper conueniat reuulſioni, & demum quid ſit per vaſa communia intelligendum, tam variæ ſunt opiniones, vt vix duo authores celebres inueniantur, qui in tota hac contemplatione ſint concordes. Hanc ob rem cum tanta controuerſia longioris ſit *otii, quam [pag. 80.] vt nos ab huius apologiæ editione nunc retardet ac remoretur, iure merito a nobis prætermittitur, & in aliud mittitur otium ac locum, in quo tanta ſolertia methodo & ordine ſingula, quæ ad reuulſionem & id generis attinent, ex omnium medicorum mente (fauente deo) expendentur, examinabuntur, explicabuntur, vt nihil ſupra (niſi me decipit φιλαυτία) poſſis deſiderare.

Quæſtio & explicatio reuulſionis in aliud tempus differtur.

In ſummum, nihil deinceps huic prolixæ διατριβῇ & exercitationi deeſſe poteſt, niſi quid pro ἐπιμέτρῳ & de Briſſoti ſcopo atque moribus, & de noſtro inſtituto conſilioue in emendanda atque recudenda hac apologia ſubiungatur. Briſſoti mentem

aperuit

aperuit vir integræ fidei & de tota Aſclepiadarum republ. bene meritus ANTONIVS LVCEVS *Luſitanus Eborenſis*, cuius ſtudio, opera & diligentia fœtus hic Briſſoti poſthumus lucem vidit Pariſiis, anno vigeſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum; vt videre eſt ex duplici eius epiſtola apologiæ Briſſoti præfixa. Mores Briſſoti ingenuos, inſignem litteraturam, propagandæ doctrinæ Hippocraticæ & Galenicæ ſtudium, conſilium exterminandæ e medicina barbariei, vtilitatis publicæ promouendæ affectum & incredibilem propenſionem, vno verbo, eius vitæ totius hiſtoriam ex libro noſtro de Pariſienſibus medicis illuſtribus (quem tibi iam affectum adornamus) depromptam exhibere nobis viſum fuit, ne quid ad huius libri complementum ſupereſſe conqueraris.

Luceus procurauit editionem primam Briſſoti.

Laus Briſſoti.

Promittitur liber de Pariſienſibus Medicis illuſtribus.

[pag. 81.] Quis nos inuitauerit ad Briſſotum recudendum.

*Nobis vero (vt ingenue fateamur) nunquam in mentem veniſſet ſuſcipiendi huius negotii, niſi nos (vt ſupra diximus) ornatiſſimi viri Simonis Pietrei præceptoris noſtri authoritas & vim habens imperii exhortatio compuliſſet, ad idque exemplar ſuum Briſſoti, & epiſtolam (quam ad eruditiſſimum & excellentiſſimum

medi-

medicum collegam ſuum Dionyſ. Guerinum ſuperioribus annis miſerat de adornanda hac noua editione, (quam tamen ille oborto belli tumultu dimiſerat) nobis dediſſet & commiſiſſet: ſiue ea ratione noſtrum ingenium tum primum in medicinam naſcens & excreſcens excitare ac experiri, ſiue (quod arbitramur veriſſimum) iudicium noſtrum aſſidua præclariſſiorum virorum lectione, & collatione continua erigere, excoquere & firmare vellet. Dn. Guèrinus intermiſit editionem Briſſoti ann. 1614.

Interim dum nos ad ipſum opus accingebamus, & viri omnibus rationibus de nobis bene meriti obtemperare voluntati ſtudebamus, ecce mors æternum deflenda tantum virum abripiens nos in alia negotia diſtraxit, hæc in alias atque alias induxere curas & cogitationes, quæ & ipſæ (vt rerum humanarum ſors & fata ferunt) in alios negotiorum tumultus ac veluti fluctuationes traduxere. Sic Briſſoti exemplar inter ſchedia noſtra deliteſcens ſquallore, ſitu, & puluere iterum ſordeſcere diutiſſime potuiſſet, & eius recudendi negotium in alia tempora *diſtrahi ac prorogari: niſi ſuperioribus annis ſæuientes & in vulgus quodammodo Mors Pietrei ann. 1618. [pag. 82.]

modo graſſatæ pleuritides, contumaces alias & efferæ ob materiæ pleuriticæ malignitatem & præſertim ab vna parte in aliam gargaliſmum, nobis reuoluendorum auctorum conſilium iniecisſent. Quos plurimos cum inter ſe diſſentientes deprehenderemus, Briſſotique libellum exactius peruolueremus & excuteremus: cœpimus rurſum & de intermiſſa eius editione ac emendatione, & de nobili illa auctorum in pleuritide controuerſia deſcribenda atque publicanda cogitare. In quo non parum luminis (ne quem ſua laude defraudare videamur) accepimus a Iulio Guaſtauino Genuenſi Patricio, & medicinæ (quam practicam appellant) in Piſano gymnaſio anteceſſore, qui nonnullam de ea re ſtricturam dederat libro *locorum de medicina ſelectorum cap.* 23. In quo tamen potius hanc affeciſſe quam perfeciſſe diſceptationem videatur. Cum enim nec, quod pollicetur titulo, ipſa orationis ſerie exequatur, nec poſtremæ litis principium, progreſſum & ordinem aperiat, nec niſi mutilum & imperfectum, quem promiſerat integrum, medicorum catalogum abſoluat, omiſſo etiam magnam partem quo floruerunt

Guaſtauinus promisſis non ſtetit.

runt tempore: in cæteris non vsquequaque nitidus & perſpicuus, ſed confuſus, obſcurus, aliquando etiam ab inſtituto alienus habetur.

Dum vero in rem ipſam ardentius & *ſtudioſius incumberemus, primo omnes ſtribligines & maculas typographicas, quæ plurimæ irrepſerant, detergere: deinde multa obſcura, inuoluta, ſpuria, quæ Briſſotus fato præreptus acerbo & immaturo emendare non potuerat, explicare; euoluere, delere: tertio loca auctorum vel non expreſſa, vel typographorum vitio corrupta ſupplere, & caſtigare: poſtremo omnia quam emendatiſſima, lucidiſſima, puriſſima emittere ac euulgare nobis curæ & diligentiæ fuit. Omittimus chreſtomathia marginibus appoſita & cætera ſedulitatis noſtræ in re tenui argumenta, quæ legenti & vetus exemplar cum nouo conferenti obſcura eſſe non poterunt, ne in muſtaceo quærere laureolam, vel cum Aſpendio cithariſta intus nobis canere videamur. **Quid præſtitum ſit in hac noua editione.** [pag. 83.]

Cæterum ne de noſtra quidem dialexi attingemus, cum noſtra dici vix mereantur, quæ opera tantum & poſſeſſione fiduciaria obtinemus, qua redeunte velut imperatore vel domino **Dialexis proprie non eſt noſtra.**

cede-

cedere oporteat. Quid enim? ſua ſi repoſcant & repetant ſinguli auctores nomina & ſententias, nonne quæ multo ante ſucco & velut ſanguine ac plurimo viuidoque colore ſaturabatur & vigebat dialexis, monogramma, exilis, pugil ac macilenta ſic reſtabit, vt ex florido quadratoque corpore, pingui & rorulento, non niſi luridum, emarcidum, emaciatum, reſiccatumque cadauer deprehendas? Nec tamen aliud, vnde nos ad*uerſus malignos dentes tutemur, habemus: cum ſi leuia eſſe iſta & minus vtilia reprehenderint, noſtra non eſſe reſpondeamus: ſi alicuius momenti fore & vtilitatis agnouerint, illuſtrium in medicina virorum propria & germana eſſe profiteamur. Vtut ſit (lector æquiſſime) candidam noſtram mentem æqui bonique conſulas rogo, & fœliciter valeas. Ex Academia Pariſienſi anno 1622. ineunte.

[pag. 84.] Concluſio operis & excuſatio.

PE-

PETRVS BRISSOT.

QVemadmodum in plantis (vt ait Iulianus Imperator) veriſimile eſt diffundi qualitates quam latiſſime, ac fortaſſe etiam in totum ſimilia naſci ea, quæ gignuntur, iis vnde orta ſunt: ſic etiam in hominibus credibile eſt παραπλήσια τὰ ἔθη τῶν ἀπογόνων τοῖς προγόνοις. Ab ea mente obſeruauit Gregor. Nazianzen. ad Baſil. Mag. τοὺς τῶν παῖδας ἐκ τῆς ἀντιφαινομένης αὐτῆς ὁμοιότητος πρὸς τοὺς τεκόντας internoſci, & vice verſa ex filiorum lineamentis in parentum notitiam deueniri. Sic Ariſtoteles notauit, apud ſuperioris Lybiæ populos τὰ μέντοι γιγνόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας. Vnde profecto ægre non eſt coniectare, parentibus ingenuis Petrum Briſſoum ſeu Briſſotum oriundum eſſe, a quibus tanquam ex traduce ac viuiradice morum eius atque virtutum χαρακτηρισμοὶ deducti ſint. Sic enim natura comparatum eſt (vt hoc

Iulianus Imp in Miſopog.

Greg. Naz.

Ariſt. lib. 2. polit cap. 3.

h iterum

Salu. lib. 1. ad Eccleſ. Cathol.

iterum cum Saluiano Maſſilienſi Epiſc. ſubiungam) vt pene omnes parentibus ſuis filii non magis in patrimonia quam in virtutes aut vitià ſuccedant, ac ſi *tranſeuntes ſemper in mores patrum ante eorum virtutem aut vitium incipiant, quam ſubſtantiam poſſidere. Quo argumento Cybele apud Heliodorum ex Theagenis & Charicleæ liberali vultu & eleganti forma eos nobili & illuſtri genere natos deprehendebat: Etenim

Heliod. hiſtor. Æthi. lib. 7.

Horat. lib. 4. carm. ode 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Naſcitur an. Chriſti 1478.

Ex ea autem proſapia natus eſt Briſſotus noſter, iis parentibus ſatus, qui apud Pictauienſes Fontenayjos primos dignitatis gradus obtinebant. Parentem enim habuit: eximium patronum omnibus diſciplinis excultum, ſub quo educatus ab ineunte pueritia de futuris ingenii virtutibus ac ſcientiarum ornamentis, in quas animi tacita propenſione inclinabat, non leue argumentum dedit. Cum enim ea ætate cæteri ferri ſoleant in cruſtula, geſtire in puppis, ridere in nucibus, & in nequitiis gloriari: ille

con-

contra immorari picturis, ſimulachris allici, blandiri libris, efformandis litteris delectari, & in huiuſcemodi rebus ſeriis potius quam ludicris puerilibus deliciari. Ex eo cum in annos eius excreſceret ingenium, ne conceptam ſpem retardaret parens, addiſcendis diſciplinis humanioribus lu*do eum litterario [pag. 87.] commiſit: quibus tanta ſedulitate ac Splendor ſolertia incubuit: vt & celeritate ad- Acad. Pa- diſcendi & conſtantia retinendi ſo- riſ. a No- cios omnes interuallo longiſſimo uatoribus anteuerteret. obſcura- Cum autem ea tem- tus. peſtate vnicum pene eſſet in tota Europa atque adeo in vniuerſo orbe litterarum emporium Pariſienſis academia, nec tum eius ſacri latices exoticis pigmentis, ad fucum verius quam ad florem inuentis, infecti eſſent; ad eamque velut ad mercatum bonarum litterarum omnes vndique confluerent: iam grandior factus Briſſotus & in arte dicendi non leuiter exercitatus, legendi & Lutetiam intelligendi Ariſtotelis gratia in hanc Venit an. ipſam academiam circa annum 1495. 1495. commigrauit. Ibi enim tunc temporis Philoſophiæ præcepta non hauriebantur, niſi ex ipſo Ariſtote-

Textus Ariſtote. olim legebatur.

le, cuius ſingula verba & ſententiæ excutiebantur atque exponebantur: cum hodierna die (proh Philoſophiæ pudor!) per commentarios, hoc eſt, per compendioſos rerum ſingularum articulos, a quibusdam nouatoribus introductos, & per infinitas rerum inutilium quæſtiones & argutias, Philoſophiæ ſplendor perturbetur verius quam illuſtretur. Inter cæteros autem reipubl. litterariæ Principes, qui Pariſiis Ariſtotelem interpretarentur, tum florebat vnus Villemorus, vir vt in omnibus diſciplinis verſatiſſimus, ſic in vniuerſa philoſophia exercitatiſſimus, quique de laurea Medicinali (quam anno poſtea decimo ſupra ſeſquimilleſimum adeptus eſt) ſe*rio & ſtrenue cogitabat. In huius biennalem militiam ſeſe Briſſotus dedit tanta aſſiduitate & fructu, vt eius admiratus indolem ac ſolertiam Villemorus philoſophiæ cupiditate incenſum adoleſcentem in ſui familiaritatem allexerit, & in medicinæ ſtudium deinceps amplexandum, pro ea qua erat humanitate pellexerit. Hæret profecto vis quædam hominibus inconcuſſa, quam naſcentibus pro conditione temperamenti & terrarum, in

[pag. 88.] Villemorus renunciatus Doct. Med. Pariſ. ann. 1610.

qui-

quibus naſci contigerit, fata diuiſere: ſiue illa ſit virtus tacita ſyderum, ſiue nexus rerum ſempiterni, ſiue (vt dixi) ingenerata mortalibus ex generationis primordiis temperamenta: hæret (certe) nobis vis illa, cuius beneficio ad certa deflectimus & incuruamur ſtudia, quorum impetum cum ſequimur, mirum quanta celeritate & felicitate in eorum & cognitionem & amplificationem feſtinemus. Idcirco Villemoro difficile non fuit, ad medicinæ ſtudium hunc adoleſcentem inflammare, qui rerum phyſicarum oblectatione ductus tam concordi ſcientiarum genio, & ſuoptemet ingenio ad eam diſciplinam raperetur: cuius ingenitam propenſionem ſua opera in priſcum ſplendorem reſtituta poſtliminio & amplificata medicinæ dignitas demonſtrauit. Conſumptis in hac ſtudiorum meditatione atque agitatione, aliquot annis, cum occultari vel torpere non poſſet tantum ingenium: ecce ad interpretandum Ariſtotelem atque adeo ad profitendam philoſophiam in hac regina Academiarum Pariſienſi Briſſotus euocatur. In quo officio ſatis eſt ad ejus commendationem &

Briſſot. Medicinæ ſtudioſus.

Philoſophiæ & Medicinæ ſtuduit per ſex annos.

[pag. 89.] Docet Philoſophiam an. 1502.

gloriam dixiſſe, eum ad id muneris eo tempore euectum, quo florentiſſima Academia ſola docentium auctoritate & celebritate triumpharet. Sed ne quidem diſſimulabo, per ea tempora Pædagogiam (quæ hodierna die in conuicium abiit) eo loco & honore poſitam, vt & primum eſſet probandi ingenii rudimentum, & nouiſſimum adeundæ non theologiæ ſolum aut medicinæ ſed forenſi etiam iurisprudentiæ tentamentum ac exercitamentum haberetur ad annum proxime 1587. quo, ſeditionibus inteſtinis & factionibus in furorem acti Galli, plurimum de priſco ritu & antiquo morum candore depoſuere. Cætera, quæ in hoc negotio philoſophico a Briſſoto acta ſunt, ſcrupuloſius exequi & exornare oratoris eſt, non hiſtorici, ſumma rerum cacumina humili dictione delibantis: quam ob rem e diuerticulo redibo in viam, & relicta pædagogia, quid Briſſotus egerit, pergam enarrare. Cum in omnibus Europæ academiis ſinguli duntaxat quolibet anni tempore ad Apollinarem lauream admittantur, aliique ad Baccalaureatum (vt dicitur) alii ad Licentiatum, alii denique ad Doctoratum

Pædagogia olim in honore fuit.

Omnes litterati ſeſe aliquandiu in pædagogia exercebant.

Cum nimirum Senatus Pariſienſ. ad Turon. translatus eſt.

Qua ratione admittantur ad doctoratum medicinæ candidati. Anno ſcilicet Chri-

ratum vno eodemque tempore ſeorſim promoueantur: ſola Pariſienſis academia (ex quo a Cardinali Totauillæo inſtaurata eſt) ſemel tantum intra totum biennium *ſed plures ſimul Candidatos ad eosdem & ſimiles gradus admittit, ea certe lege rigida & exacta, vt ab abſoluta Philoſophia per integros quatuor annos medicinæ ſtudio operam dediſſe oporteat Pariſiis, nec prius Doctoris titulum conſequi, quam exacto duplici examine publico & priuato, continuis duobus annis duas (quod vocant) quodlibetarias quæſtiones, vnam Cardinalitiam, actumque veſperiarum publica diſputatione ſuſtinuerint. In quo obſeruare licet, cum interdum duodecim medicinæ candidati, vt frequenter contingit, ad doctoratum promouentur, ſingulis illis triginta & ſeptem actus, hoc eſt, ſeptem & triginta examina, publicis diſſertationibus eſſe ſubeunda: ne quid dicam de priuato examine, in quo pene totidem ſunt ferenda examina, quot medici doctores in ea facultate habentur. Quam medius fidius tyrocinii acerbitatem & ſeueritatem ſtudiorum ſi quis æquus rerum æſtimator conſiderauerit: mirari

ſti 1452. vide articul. reformatæ Acad. Pariſ.

[pag. 90.]

Debent ſtuduiſſe Pariſiis per quatuor annos aut in alia Academia per octo.

Seueritas examinum Pariſ. Academ.

rari deſinet tot tantosque medicos, quot & quantos hoc noſtro opere præſtringimus, ex vna hac ſchola, tanquam ex antro Chironis, prorupiſſe: ſed mirari perget, aliquos eſſe in hac ciuitate Pariſienſi viros alias in pleriſque diſciplinis oculatiſſimos, & in publicorum negociorum adminiſtratione peritiſſimos, in medicina vero minus æquos iudices, qui circumforaneos & agyrtas, homines ἀμύσους, ἀγελαίους, ἀμεθόδους populi non tam φιλητὰς quam φιλήτας

[pag. 91.] lit*teratisſimis & exercitatisſimis medicis nec non de communi ciuium ſalute admodum ſollicitis anteponant. Eiuscemodi vero militiæ ſcholaſticæ acerbam aleam animo præcipiti non eſſe ſubeundam cum animaduerteret Briſſotus, excoquendis paululum ſtudiis medicis, & Philoſophicis meditationibus ad eum ſcopum reuocandis Pædagogiam deſeruit: annoque duodecimo ſupra ſeſquimilleſimum ad illa introductus examina, tam ſtrenue cum tribus aliis commilitonibus, viris præſtantiſſimis, ſeſe geſſit ac generoſe, vt communi omnium medicorum ſuffragio primus ex illis & renunciatus

Tres illi Aluarus Thoma, Io. Hourdel, Io. le Gruin.

ciatus ſit, & 27. die Maii an. 1514. Doctor inauguratus.

Enimuero cum in ea eſſet dignitate conſtitutus, nihil antiquius habuit, quam ſe ad ideam & exemplar magnorum medicorum Hippocratis & Galeni componere, quorum auctoritatem tanti faciendam in medicina eſſe, quanti Ariſtotelis haberetur in Philoſophia dignitas, arbitrabatur. Idcirco pro ea, qua erat in rebus naturalibus inueſtigandis ac rimandis ſolertia atque ſagacitate, cœpit omnia morborum genera ad trutinam Hippocraticam & Galenicam, ſingulaque eorum remedia ac præſidia, quæ eſſent in communi medendi vſu, ad rationis medicæ & philoſophiæ libellam expendere & examinare. In quibus cum multa deprehenderet tum ab antiquo & vero medendi vſu remota, tum contra Hippocratis & Galeni doctrinam ab *Arabibus introducta, tum denique & a philoſophica ratiocinatione, & ab experientia dogmaticorum aliena: non potuit de reformanda medicina, hoc eſt, de reuocandis Hippocratis & Galeni decretis, & de figmentis Arabum exterminandis ac explodendis

Briſſot. Doctor Medic. an. 1514.

Doctrina Hippoc. & Gal. ab Arabibus corrupta.

[pag. 93.]

Briſſ. negligit Arabum libros.

non cogitare. Inprimis ergo cum moris eſſet non ſolum Pariſiis ſed in omnibus Europæ academiis (quæ hodierna etiam die apud Italos conſuetudo inoleuit) Auicennam, Rhaſim, Meſuæum, aliosque Arabas neophytis medicinæ publicis lectionibus interpretari: pertæſus Briſſotus tantæ barbariei, tot tantorumque errorum, quibus ſcatebant Arabes, exploſis eorum libris Galeni libros publice interpretandos exponendosque ſuſcepit. Ac quidem priuatis ſumptibus excudendum Galeni opus *θεραπείας* ad Glauconem, ad Græci exemplaris fidem Leoniceni opera caſtigatum & donatum latio, procurauit: ipſumque publicis exercitationibus, perpetuisque notis maximo doctæ iuuentutis concurſu ſic illuſtrauit, vt primo gloſſemata plurima, quæ barbarorum incuria & græci ſermonis ignoratione paſſim in veteri codice irrepſerant, expungeret: deinde ſingula Galeni axiomata ad verum & communem medendi vſum reuocaret & accommodaret: prauos præterea Arabum ſenſus, & opiniones Galeno aduerſas, confutaret: denique vetus illud exemplar, quod ante Leoniceni tra-

Gal. libros publice interpretatur.

ductio-

ductionem Galeni eſſe circumferebatur, ſpurium nugatoris *cuiuſdam Arabis, ſua commenta fragmentis Galeni confundentis, opus fuiſſe demonſtraret. Deinde vero cum proſpiceret, elementorum contemplationem, temperamentorumque doctrinam prorſus obliteratam, hoc eſt, eam medicinæ partem, quæ Phyſiologia dicitur, magna ex parte a profeſſoribus omiſſam fuiſſe, vt eam ipſam in priſcum nitorem reſtitueret, eamque ad euidentes medendi indicationes reuocaret, Galeni librum περὶ τῆς τέχνης ἰατρικῆς (in quo tota pene medicina breuiter expreſſa & adumbrata tenetur) enarrandum quoque & expoliendum publicis lectionibus ſumpſit. Quo certe gemino in opere ſic laborauit, ſic inſudauit, vt vni ex diſcipulis ſuis Martino Akakiæ Catalaunenſi, poſtmodum Pariſienſi medico, materiam & argumentum præbuerit, doctiſſimas enarrationes in eos Galeni libros & edendi & publicandi. Interea ne intermittere videretur eam medicinæ partem, quæ de medicamentorum varietate, facultate, delectu & multiplici eorum commiſcendorum ratione & vſu diſputat, Io-

[pag. 93.]

Phyſiologiam neglectam in vſum reuocat.

Multa de eo in eius vita.

Meſuæum explicat.

Ioannis Meſuæi opus de re medica, Pariſienſibus Pharmacopœis interpretatus eſt. In quo negotio cum ſibi ipſi non ſatisfaceret, cum propter Phytologiæ ignorationem, quæ eo ſæculo prope neglecta iacebat, tum propter multa, quæ erant in Meſuæo ambigua, dubia, obſcura, incerta, deprauata, falſa, barbaro ſermone inuoluta, vel non ſatis expreſſa; conſilium atque rationem *& de cognoſcendis plantis, & de caſtigando Meſuæo, nec non de reſtituendis ad mentem & puritatem Græcorum Pharmacis atque Pharmacopoliis iniuit. Hanc ob rem cœpit de peregrinatione apud exteras gentes ſuſcipienda cogitare, cui ſe non commiſit prius, quam vnum ex peſtiferis Arabum dogmatibus, longis iam retro ſæculis natum & propagatum, ex Pariſienſium mentibus penitus deleuiſſet.

Multa in Meſuæo deſideranda.

[pag. 94.]

Circa ann. Chriſti 712.

Vide Marianam lib. 6. cap. 21. de prima illa Arabum inundatione.

Ex quo, imperante apud Romanos Conſtantino Syro, apud Francos Dagoberto ſecundo Arabes (quos a ciuitate Arabiæ Saraca, vel a Sara Abrahami vxore Saracenos vocant) traiecto freto Gaditano numeroſo cum exercitu Hiſpaniam occupauerunt: diſciplinæ omnes, quaſi

ſi victæ & reuinctæ catenis barbarorum, tam ſæuæ gentis imperium & tyrannidem ſubire fatali quadam lege coactæ ſunt. Exinde factum, vt longos illæ annos duris concluſæ carceribus nullibi comparerent, nec muſarum nomen, niſi vbi non audiretur Arabum feritas, vllo loco exaudiretur. Sed vbi tandem aliquando laſſata eorum crudelitas ſcientiarum dulcedine ac ſuauitate leniri atque emolliri ſeſe paſſa eſt: exolutæ vinculis muſæ & in libertatem aſſertæ ſeſe denuo toto quidem orbe conſpiciendas amplexandasque præbuerunt, ſed heu! quæ plurimum de priſtina dignitate, venuſtate, elegantia depoſuiſſent. Siquidem barbari, puritatem Græci latinique ſermonis exoſi, idioma*te Arabico loquentes Muſas induxerunt, & collectos vndique omnium priſcorum libros in Arabicum ſermonem conuerſos orbi litterario reſtituerunt. Ab eo tempore in Arabum dogmata, eorumque barbariem, ſtudioſi omnes, neſcio quo fato, deſcenderant & iurauerant, poſthabitis Græcis auctoribus, quos in ſuam vel inuitos trahebant ſententiam, ſi eſſet fortaſſe & eorum aucto-

Hoc videtur contigiſſe ſub Maymone rege, cuius iuſſu Almageſtum Ptolemæi e græco in Arab conuerſum eſt circa an. 827. Scalig. Arabes claſſicos auctores Græcos in ſuam linguam tra- [pag. 95.] ducunt & ipſum Gal. Geſn. in vita Gal.

ctoritate, & teſtimonio contendendum. Mirum inde quam granis inflicta securis rei litterariæ! quot vulnera illata ſcientiarum principibus & monarchis! quam turpiter deformata græcæ & latinæ linguæ venuſtas! quam magnæ, quam periculoſæ hæreſes in omnibus diſciplinis exortæ! nolim per ſingularum colonias & veluti familias tam acerbæ calamitatis argumenta & exempla exquirere, cum in vna medicina ſexcenta poſſint eius generis obſeruari.

Inde nata eſt barbaries, de qua vide P. Ramum lib. 13. ſchol. Grammat. Auerrois errores in philoſophia perſtringit Tolet. præfat. in lib. Phyſ. Ariſtot.

Errores Arabum notantur a Leoniceno, Manardo, Fuchſio, & aliis.

Ex his vnum (vt dixi) cum Briſſotus noſter deprehendiſſet, quo volebant Arabes in inflammatione membranæ coſtas ſuccingentis (quæ Græcis πλευρῖτις vocatur) mittendum eſſe ſanguinem ex brachio oppoſito (hoc eſt dextro, cum morbus occupabat ſiniſtrum latus: ſiniſtro, cum dextrum) ipſumque non modo ſuis rationibus ac experimentis, ſed etiam Hippocratis & Galeni (ſi placet) teſtimonio confirmarent: non potuit Briſſotus, locis Galeni & Hippocrat. diligenter examinatis, & ponderatis

Arabes in pleuritide mittebant ſangu. ex parte oppoſita.

[pag. 96.]

Digitized by Google

tis vtrinque rationibus atque experimentis, tam atrox facinus non deteſtari, tam perniciosam doctrinam exoſam non habere, tamque inſignem calumniam ab Hippocrate & Galeno (quos omnino Arabibus videbat aduerſos) publicæ vtilitatis cauſa non propulſare. Ergo primum quæſtionem illam in ſcholis medicorum ventilare Briſſotus cœpit, & grauiſſimis rationibus communem medendi vſum exagitare, mentem eam nunquam Galeni fuiſſe, nunquam Hippocratis, ſed Arabum commentum, tam exitiale humano generi, quam falſo principibus illis medicinæ tributum. Mox vbi ſenſit, Hippocratis & Galeni conſilium tacite probari medicis quibusdam Pariſienſibus, ſed vſum communem medendi (quam praxim dicunt) priſcum illum, inueteratum, & omnibus receptum vim & rationem legis validiſſimæ obtinere, quam infringere fas non eſſet: Hippocratis & Galeni auſpiciis, nec non rationis ductu, auſus eſt in aliquot ægris remedium experiri, & phlebotomiam ex eodem affecti lateris brachio celebrare. Quod cum illi feliciter ac proſpere (vti debuit) obtigiſſet,

Briſſot. agitat quæſtionem de pleuritide.

tigiſſet, non ceſſauit, qua voce quà ſcripto, declamare in Arabas, Hippocratis & Galeni doctrinam promulgare, vſum medendi receptum [pag.97.] im*probare, probare nouum, ſeu potius antiquum, ſed barbarorum tyrannide intermiſſum: idque tam validis ac dilucidis rationibus atque demonſtrationibus deſignare, locis inſuper Galeni & Hippocrat. in eum ſenſum adductis, vt pauci quidem eſſent ex philiatris, qui conſilium non laudarent, vix vnus tamen, qui ſequeretur.

Pleuritid. populariter graſſantes Pariſiis an. 1515. Dolendum eius adoleſcentis nomen intercidiſſe cum de rep. medica optime ſit meritus.

Interim periculoſiſſimæ pleuritides, anno 1515. & 1516. circa tractum Pariſienſem graſſatæ, Briſſoti inſtitutum mirum in modum promouerunt. Emiſſus enim exercendæ medicinæ gratia in proxima ſuburbia iuuenis quidam, Briſſoti familiaris & auditor, pleuriticis omnibus venam e directo ſecuit tam læto ſucceſſu, vt omnes ad vnum priſtinæ ſanitati reſtituerit, plurimis eorum aut morientibus aut longo tempore languentibus, quibus ex oppoſito brachio ſanguinis eductio præſcripta fuiſſet. Atque hoc ſolo experimento eum boni medici nomen aſſecutum fuiſſe narrat Briſſotus & ad Pariſinos

riſinos rediiſſe. Præterea ſæuiente ferocius in populi ſalutem hoc epidemico morbo, Petrus Villemorus, Briſſoti præceptor, Ioan. Guiſcardus, & Ricardus Helinus, Arabum errore abiurato, Briſſoti conſilium amplexi ſunt. Villemorus enim tot funerum pertæſus, cauſamque tot illo occumbentium morbo miratus & rimatus, expertus eſt in adoleſcente monacho, num ſecurior eſſet ex directo quam ex oppoſito brachio phlebotomia. *Cumque de repente monachus ſanatus eſſet, res miraculi loco fuit. Interim tamen eius conſanguinei (vt erat nobili & illuſtri familia) ſuſpectam habentes eius valetudinem, ſeniores quosdam medicos, tricis Arabum irretitos, aduocauerunt: qui, vbi rem geſtam intellexere, iugulatum hominem pronunciant, nulloque præſcripto remedio iuſta peragi iubent vt morituris mos eſt. Sic in octauum diem ſeruatus monachus, tanquam in horam moriturus, ſaluus & incolumis lectulo ſeſe proripuit, medicosque irriſit, qui eum mori ſine morbo iubebant. Guiſcardus cum in vna domo plures quam quindecim pereuntes vidiſſet, quibus ex aduerſo de-

Villemorus Arabes deſerit.

[pag 98.]

Hiſtoria Monachi.

Guiſcardus abiurat Arabum errorem.

i tra-

traxerat ſanguinem, mutato conſilio detraxit ex directo & ſeruauit. Helinus, tum pene octogenarius, poſtquam legitimum Hippocratis & Galeni textum de vena e directo ſecanda legiſſet, quem Briſſotus illi exhibebat, & gloſſema ab Arabibus introductum agnouiſſet, ingemiſcens, Petre ſuauiſſime (inquit) hæc perdita gloſſa filium meum vnicum interemit: nam filio pleuritico eduxerat ſanguinem ex oppoſita parte. Cumque illi Briſſotus obtrudiſſet, eum debere potius omnium pene ciuium morte, quam vnius filii calamitate moueri, reſpondit optimus ſenex, ſe eo ipſo dolere, & excruciari, quod tam diu in pernicioſa illa barbarorum hæreſi perſeueraſſet. Multi denique alii medici priorem exuerunt ſententiam, quod dolorem lateris *viderent, miſſo ſanguine ex oppoſito, in alterum latus transferri, interdum priori illo deſinente, interdum perſeuerante, quod quidem in aliis, quibus e directo miſſus eſſet ſanguis, non obſeruabant. Sic paulatim abiurato Saracenorum dogmate medici Pariſienſes, Briſſoti exemplo & hortatu, conſilium Hippocratis & Galeni ſecuti

Plura de eo in eius vita.

Pariſ. Medici omnes [pag 99.] in caſtra Græcorum ſeſe recipiunt.

cuti

enti ſunt, ab eoque tempore tyrannos Arabes ſcholis ſuis exegerunt, exilioque mulctarunt, vnde nondum poſtliminio rediere, & maieſtatem Græcorum atque dignitatem aduerſus imperioſam barbarorum auctoritatem Briſſoti ductu aſſeruerunt.

Hoc etiam faſſus eſt Triuerius, Arabum vindex, vt videbis deinceps.

Interea non deponebat Briſſotus curam & ſtudium cognoſcendorum medicaminum, & conſilium reformandi pharmacopolii Galenici, quod mirum in modum ab Arabibus fuiſſe ſentiebat immutatum. Cumque eo tempore Luſitanorum nauigationes in orbem nouum, a Chriſtophoro Columbo detectum, in omnium ore & admiratione haberentur, ex quo in noſtrum orbem non ſolum diuitiæ plurimæ, ſed varia quoque medicamentorum genera priſcis incognita deueherentur: ſtatuit Briſſotus, ſibi migrandum eſſe in Luſitaniam, & oblata occaſione, ſi rei herbariæ cognoſcendæ negotium poſtularet, in illum orbem nauigandum. Itaque relicta Lutetia in Luſitaniam traiecit anno 1518. & in ciuitatem Eborenſem (quæ veteribus Eburobritium dictum eſt, ad promontorium Artabrum *ſiue magnum, ſiue Olyſſiponenſe ſitum) exercendæ medicinæ

Columbus an. 1492. traiecit in nouum orbem.

Peregrinatio Briſſoti.

Plin. lib. 4. cap. 21. [pag. 100.]

gratia ſeceſſit. Et vero inter alia morborum genera tunc temporis ſæuiſſimæ pleuritides, toti pene Luſitaniæ infeſtæ, celerius omni ſpe Briſſotum aduenam & hoſpitem ad factitandam medicinam compulerunt. Vt enim auditum eſt, externum adeſſe medicum, alienoque ſermone loquentem, illico ad eum (vt fere aſſolet) agminatim ſalutis cauſa concurritur. Is, pro vt Pariſiis inſtituerat, ſanguinem ex eodem affecti lateris brachio educebat, vt docte ita & feliciter. Sed nouum medendi vſum Dionyſius, Emanuelis Luſitaniæ Regis archiater, magni apud Eborenſes nominis medicus, æquo animo non ferens, hominem ſuæ inſcitiæ admonendum exiſtimauit longiſſima epiſtola, quæ vel mediocre volumen æquaret. Data occaſione propagandæ doctrinæ Hippocraticæ, & minuendæ Arabum auctoritatis, Briſſotus apologeticam diſceptationem conſcripſit, qua doceret ex mente Hippocratis & Galeni, ex eodem affecti lateris brachio in inflammatione membranæ coſtas ſuccingentis ſanguinem eſſe detrahendum. In qua quidem apologia errores Arabum detexit, Dionyſii rationibus & aucto-

Lege Macia. lib. 8. hiſto. Ind.

Briſſot. ſcribit ſuam Apologiam.

auctoritatibus ſatisfecit, ſed tam candide & ingenue, vt nomen Dionyſii, ne eum lædere videretur, omnino prætermiſerit. Statuerat quidem ille hunc libellum publicum facere, typisque mandare, vt ad plures perueniret, iamque *eum ad vm- [pag. 101.] bilicum perduxerat, quem Ioanni tertio Luſitaniæ Regi dedicaret, cum lethali dyſenteria correptus intra paucos dies e viuis exceſſit anno ætatis 44. Chriſti 1522. vergente. Et profecto tanto theſauro caruiſſemus, niſi Antonius Luceus, Luſitanus Eborenſis, poſthumum hunc Briſſoti familiaris ſui fœtum Pariſiis excudendum curauiſſet & illuſtriſſimo Cardinali Alphonſo, Ioannis Luſitaniæ Regis fratri, obtuliſſet. Atque vtinam reliqua eius viri monimenta & notæ, quas in Ariſtotelem, Galenum, & Meſuæi pharmacopœiam plurimas parauerat, reipub. literariæ communicatæ eſſent, nobis fortaſſe in multis difficultatibus hærendum non eſſet, in quibus magnorum virorum induſtria fruſtra deſudauit.

Is ſucceſſit Emanueli qui obierat an. 1521.

Briſſ. obiit an. Chriſti 1522.

Multum laudandus eſt Luceus, qui tantum Theſaurum orbi litterario non ſubtraxit.

Alia Briſſoti ſcripta interciderunt.

Porro quam graues controuerſiæ ex illa Briſſoti doctrina inter medicos ortæ ſint, non erit ab inſtituto alienum declarare, quo eius viri

Magna controuerſiæ mortuo Briſſoto exortæ.

auctoritas & medendi vſus, toto nunc orbe receptus, omnibus innoteſcat: ex quo etiam diſcant poſteri, quæ referenda ſit Briſſoto gratia, quæ epinicia canenda, qui decernendi honores, pro tanta vtilitate humano generi collata, & ſcholæ Pariſienſi, quæ talem tantumque virum Hippocraticæ & Galenicæ doctrinæ vindicem ac reparatorem aluerit & erudiuerit. Prima medicorum contentio Eborenſium fuit, quorum alii fauebant Briſſoti, alii Dionyſii (cuius magna erat propter Archiatri dignitatem auctoritas) partibus & rationibus. Eſt quidem vrbs ea *nobilis & epiſcopatus ſedes, ſed diſciplinarum minus celebre domicilium. Itaque ius negotii dirimendi ad academiam Salmanticam (quæ olim ad Luſitanos, hodierna die ad Caſtilianos pertinet) delatum eſt, & ad medicorum ordinem litis examen relegatum. Ibi dum longo tempore in vtramque partem quæſtio radicitus excutitur, Dionyſii, hoc eſt Arabum Aſſeclæ, per oppreſſionem a iudice edictum aufferunt & extorquent, ne vlli medicorum liceret in pleuritide ſecare venam e directo lateris affecti. Atque hac iudicum acer-

Medicorum Eborenſium diſſenſio.

[pag. 102.]

Salmantica Academia.

acerbitate atque ſeueritate pullulantem Briſſoti doctrinam penitus coercuiſſent, & reſecaſſent, niſi Briſſoto addicti medici academiæ Salmanticæ decretum tandem aliquando impetraſſent, quo definiebatur, doctrinam eam, Briſſoto adſcriptam, eſſe veram & genuinam Hippocr. & Galeni ſententiam. Quamobrem Dionyſiani, cum ſe & numero & auctoritate plurimum valere confiderent, ad Carolum quintum Hiſpaniarum Regem & Romanorum Imperatorem, in Liguria tum temporis commorantem, prouocauerunt. Contendebant iſti, non modo falſam & erroneam illam doctrinam, ſed impiam & exitialem, quæque non minorem humanis corporibus perniciem afferret, quam mortalium animis Lutheranorum ſchismata. Neque tacitis cuniculis ſolum nitebantur aduerſariorum nomen & æſtimationem obruere, sed aperto etiam marte notam & maculam inſcitiæ at*que temeritatis eis affingebant, proindeque eos modo Briſſotiſtas, interdum Eroſtrateos, alias violatæ & temeratæ religionis reos, ſæpeſæpius medicorum Lutheranos appellabant. Et fortaſſe ſupplicibus eorum libellis

Decretum Academ. Salmant.

Prouocatur ad Carolum V. Imp. circa an. 1529.

[pag. 103.]

Thurinus, Petrus de Bayro, Dionyſius, alii.

Cæſaris maieſtas, importunis victa ſollicitationibus, ſubſcripſiſſet, niſi pendente lite Caroli 3. Sabaudiæ ducis obitus infelix contigiſſet. Ei enim principi, morbo laterali correpto, medici in Arabum hæreſi perſeuerantes, dum educunt ſanguinem ex cubito oppoſiti lateris, & exigua quantitate (vt deriuationi ſanguis ſupereſſet) detrahunt, ex ſimplici, vt dicitur, pleuritide geminam induxerunt, præcipitemque interitum & immaturum accerſiuerunt. Hanc ob rem factum puto, vt litis curriculum, quæ ſecundis vtcunque auſpiciis ferebatur, inhibitum ſit, & potentium factione omnino ſuppreſſum. Poſtremo non tacebo, plurimos libros ea tempeſtate a medicis Hiſpanis, Gallis, Germanis, Italis, Belgis de ea quæſtione in lucem emiſſos, quorum ſeriem aliquando (Deo dante) dabimus, demonſtraturi, doctrinam eam Briſſoti hodierna die per vniuerſum orbem, nullo pene reclamante, & probari & obſeruari.

Carolo ſucceſſit Philibertus, qui Academiam Taurinorum duce Argenterio inſtituit.

Carol. obiit pleuritide.

Eam damus hoc an. 1622.

Atque hæc de Briſſoto ſatis: quem dicunt ſtatura corporis fuiſſe eleganti & venuſta, rigido tamen & auſtero vultu, capillitio nigro & raro, firma & proſpera valetudine, voce magna

Corporis bona.

magna & elata, tardo eloquio, ſed vbi incaluerat, præcipiti & copioſo.

*Tam felici inſuper memoria eum fuiſſe narrant, vt plures poetas verbo tenus didicerit & recitarit, ingenio perſpicaci, ſed tardo, iudicio vero exquiſito & præcellenti. [pag. 104.] Animi dotes.

Moribus fuit admodum compoſitis, aſperis tamen & ſubruſticis: laboris tam patiens, ſtudii tam auidus, vt libris, tanquam ſaxis polypus, adhæreſceret. Mores.

Cœlebs vixit, connubii tædia vitans, quocum & muſis perpetuum diſſidium intereſſe dictitabat. Cœlibatus.

Rei familiaris tam negligentiſſimus habitus, tam parum promouendæ rei domeſticæ ſollicitus, vt ſi ad ægros inuiſendos vocaretur, diceretur inſpicere crumenam & recuſare lucrum, quandiu in ea duo nummi capitati continerentur. Rei familiaris ſtudium.

Vnicum illi ſolatium ac delectamentum in aſſiduo docendi munere poſitum. Publice philoſophiam Ariſtotelicam per decennium in academia Pariſienſi legit & expoſuit: medicinam, ex Galeni libris hauſtam, per quadriennium: priuatim pharmacopolis Pariſienſibus Meſuæum explicauit. Inſtitutio.

Stylus. Stylo fuit florido & eleganti, minus terſo quidem & exacto, ſed a barbarie, quæ tum vigebat plurimum, longe remoto.

Græcarum litterarum cognitio. Multum operæ & ſtudii collocauit linguæ Græcæ, quam ita coluit, vt nonnullos Galeni libros circunferatur in latinum ſermonem tranſtuliſſe, qui tamen cum aliis plurimis eius ſcriptis deſiderantur.

[pag. 105.] Mathemat. diſcipl. peritia. *Mathematicas diſciplinas non ſola duntaxat meditatione tractauit, ſed eas ad vſum artium mechanicarum reuocauit, &, prout ſagacitate erat incredibili, ad elucidandas tum philoſophicas, tum medicas demonſtrationes accommodauit, quod etiam videre licet in ſua apologia, vbi artificium mechanicum ad oſtendendam ſuæ concluſionis veritatem, ſingulari induſtria excogitauit.

Labores ob rem litterariam ſuſcepti. Studioſus admodum extitit publicæ vtilitatis, & dignitatis rei litterariæ: hinc illæ contentiones ſuſceptæ in Arabum ſectatores; hinc peregrinationes in Luſitaniam, &, ſi diutius vixiſſet, in orbem nouum inſtitutæ; hinc eius opera & pecunia nonnulli Galeni libri Pariſiis primum excuſſi.

Amicos

Amicos habuit Iacobum Fabrum Stapulenſem, Ricardum Helinum medic. ſcholæ antiquiorem magiſtrum, Michaelem de Colonia, ſub quo de Cardinalitia quæſtione reſpondit, Petrum Villemorum, Guillelmum Budæum, Ioannem Guiſcardum, Guillelmum Copum Baſilienſem, Ioannem Ruellium, & inter diſcipulos Iacobum Syluium, Martinum Akakiam, Ioan. Guinterum Andernacum, Albanum Thorinum, Franciſcum Miron, Chriſtianiſſimæ reginæ Scholaſticum, Guillelmum Puteanum Blancianum, Amatum Luſitanum.

Amici.

De diſcipulis eius duobus priorib. nos in eorum vita: de poſterioribus Melchior Adamus.

Ex eius laboribus ac monimentis vnus liber poſthumus ad nos peruenit hoc titulo: *Apologetica diſputatio, qua docetur, per quæ* *loca ſanguis mitti debeat in viſcerum inflammationibus, præſertim in pleuritide, impreſſus primum Pariſiis apud Simonem Colinæum an. 1525. deinde Baſileæ, Thomæ Wolffii diligentia an. 1529. & nos forſan, (ſi Deus annuerit) eum denuo excudendum curabimus. Plura quidem alia elucubrauerat, ſed quæ iniuria temporum & regionis remotæ, in qua obiit, non ſine in-

Libri.

[pag. 106.]

Quod præſtamus hoc anno.

incredibili reipublicæ medicæ iactura & calamitate interciderunt.

Auctores, ex quibus hæc deprompta. Ellain obiit an. ſuo climacterico 81. Chriſ. 1621. die April. 30.

Hæc autem omnia partim deſumpſimus ex Briſſoti apologia, Luceo, Triuerio, Andrea Veſalio, Puteano, Syluio, Akakia, Amato Luſitano, Pietreo, commentariis & tabulis publicis ſcholæ Pariſienſis medicorum: partim auditione accepimus a Nicolao Ellain eiusdem ſcholæ antiquo magiſtro, qui cum pene octogenarius ſit, integris ille animi corporisque viribus, tum vel maxime admirabili memoria & recordatione rerum præteritarum & priſcarum, quarum ſemper ſtudioſus fuit, vltra ætatis ſortem viget & excellit.

CHRE-

Digitized by Google

CHRESTOMATHIA VIRORVM ILLVSTRIVM QVI DE PETRO BRISSOTO HONORIFICE LOCVTI SVNT.

ANDREAS THVRINVS, Clementis ſeptimi & Franciſci primi Chriſtianiſſimi Regis medicus, vni Briſſoto attribuit inuentionem ſecandæ ex directo venæ in morbo laterali *epiſt. ad Paul.* 3. *Pont. Max.* præfixa *libro de ſang. miſſione.* **Ex Thurino.**

Vehementer ego vobis (Medicos Pariſienſes alloquitur) gratulari debeo (viri ornatiſſ.) vobis plurimum debet ſtudioſa iuuentus, qui neſcio an maiori labore an fructu vberiore Hippocr. & Galenum duos medicinæ antiſtites reuocaſtis. Hoc ſcio, non minori negotio, quam Hercules Cerberum ad ſuperas reuulſit auras, antiquam medicinam in ſcholas veſtras retraxiſtis, nec minori inuidia; tantæ molis erat tanti operis, ex altisſima Græcia Romanam quaſi poſtliminio quodam reducere medicinam, &c. Deinde *addit, fœcunda Iaſonis ſatio armatos plurimos in vos ſuſcitauit, qui antiquam medicinam tutari certatis, ſitu ſqualentem, obſcuram, **Ex Thriuerio. Obſerua laudes, quas Medicis Pariſienſib. tribuit Thriuerius, Arabib. addictus.** **[pag. 108.]**

ſcuram, conſpurcatam illuſtratis, & qua oportet genuina, hoc eſt diuina, rurſum facie effigiatis. Pergite igitur, quando procul dubio eo vocati eſtis, barbarorum vitiis eam vindicare medicinam omnium ſcientiarum optimam, maximam, antiquiſſimam, difficillimam, cæterarum hactenus artium perditiſſimam, mendoſiſſimam, obſoletiſſimam, omnibus ſuis mendis eluere, neque vnquam a tam honeſto, tam neceſſario opere, per deum immortalem, ceſſetis, donec tetricum illum ſuum vultum depoſuerit, & antiquam prorſus alacritatem obtinuerit. Id dico quum clariſſima, quum emendatiſſima euaſerit, neſcitis quam gratam, quam deſideratam medicis, atque adeo mortalibus omnibus rem facitis, quantam vobis gloriam comparatis, certe maximam, multo tamen apud deum maiorem (qui medicum ob hominum neceſſitudinem atque ineuitabilem miſeriam cæteris profeſſoribus præfecit omnibus) habituri, atque eo præterea ampliorem ac ditiorem, quo viri aliquot non modo acceptum beneficium non amant, ſed plane contemnunt, quibus vt imprecandum nihil mali eſt, ita ſummopere rogandum,

dum, vt dii illis propriam dent mentem, aut fortaſſis meliorem, ita nobiſcum ſuorum errorum mallent admoneri, quam imprudenter poſthac hal*lucinari. Quis enim neſcit, ignotiſſima quædam pro cognitiſſimis hactenus habita, pro commodis incommoda, & pro ſalutiferis inſalutifera. Prætereo non pauca per ſæculi iniuriam, literarum omnium nouercam, non ſine magno humanæ ſalutis diſpendio peruerſe intellecta: quod iam Petrus Briſſotus & Leonardus Fuchſius & alii de miſſione ſanguinis in pleuritide a[illegible] in omnibus internis phlegmonis auſi ſunt dicere. HIEREM. TRIVERVS BRACHEL. *libello de miſſ. ſangu. in pleurit. ad Med. Pariſ. emiſſo an. Chr.* 1532.

[pag. 109.] Hæc obiiciebat Arabib. Briſſotus.

De ſanguinis miſſione in his quas diximus inflammationibus cum Petro Briſſoto & Leonardo Fuchſio, hominibus profecto litteratiſſimis, digladiari aut fortaſſis magis ambigere quam certare audeamus. *Idem ibid.*

Optima ſemper mihi de hiſce optimis viris (Briſſotum & Fuchſium intelligit) ac litteratiſſimis fuit opinio. Adeo me ad illorum faſtigium poſſe aſpirare perſuaſi nunquam: quomo-

do

Digitized by Google

do ergo eorum gloriæ, eruditioni detrahere voluiſſem? certe ſi vellem non poſſem, tantum (qualiacunque hæc ſunt illorum monumenta) præ ſe ferunt litterarum ſpecimen. *Indidem ad calcem.*

Ex Tiraquello. Petrus Briſſotus, cuius doctus imprimis eſt liber de venæ ſectione in pleuritide, qui primus Gallorum recentiorum docuit, venam eſſe aperiendam a parte affecta. ANDR. TIRAQVELLVS *de nobilitate cap.* 31.

Ex Fuchſio. Sic ſane Briſſotus, vir non vulgaris
[pag. 110.] eru*ditionis, ſcribit, ſe in vna Pariſiorum vrbe &c. LEONARD. FVCHS. *com. in cap.* 16. *Gal. lib. de curan. rat. per ſang. miſſ.*

Proinde quo idipſum commodiſſime efficerem, non grauatus ſum, errata aliquot medicorum, quæ antea Leonicenus, Briſſotus, Manardusque, viri longe clariſſimi memoriæ prodiderunt, in vnum librum redigere. *Idem epiſt. præfixa ſuis lib. paradox.*

Et quid attinet factum hoc meum magnorum virorum exemplo tueri, qui ingenue ſemper faſſus ſum, fatearque hodie, me Leoniceni, Briſſoti ac Manardi laboribus non parum adiutum eſſe, neque vnquam ex illo-

rum

rum monumentis quicquam in vſum meum tranſtuliſſe, vbi non ſimul eorundem honorificam mentionem fecerim. *ibid.*

A nullo autem (de venæ ſect. in pleurit. agit) diligentius quam a Petro Briſſoto, homine ad miraculum erudito, quem vtinam deus nobis diutius eſſe ſuperſtitem voluiſſet. *Idem lib. 2. parad. cap. 4.*

Quemadmodum ante nos clariſſime demonſtrauit magiſter Petrus Briſſot (quem deus abſoluat) quondam doctor medicus Pariſienſis & Præceptor noſter, vir non ſolum græcarum litterarum & latinarum gnarus, quales hodierna die multi ſunt, qui præter linguas nihil ſciunt, ſed etiam philoſophiæ & medicinæ peritiſſimus. GVILEL. PVTEAN. *lib. Gallico de phlebot. cap.* 10. Ex Puteano.

De Briſſoto tantum polliceri audeam, *eum medicum neque Ariſtotelem neque Galenum intelligere, cui Briſſotus in philoſophia & medicina non ſapit. *ibid. cap.* 12. [pag. 111.]

Quid vero elegantiſſimus doctiſſimorum Pariſienſium medicorum cœtus præceptorum meorum, quid Manardi ac Briſſoti manes, quid Curtius, Fuchſius, Hubertus Bar- Ex Veſalio.

 landus

landus, viri noſtra ætate celeberrimi, obiicerent, &c. ANDR. VESALIVS *epiſt. ad Nicol. Florenat. de ven. ſect.*

Nondum opinor animo tuo excidiſſe, quod iampridem de Louanienſibus ſcripſi: inter quos quemdam ſuo iudicio probe doctum & neſcio ob quas diuitias mire ſibi placentem, Manardum, Fuchſium, Curtium, & Briſſotum medicorum Lutheranos in frequentiſſimo eruditorum virorum conſeſſu appellare non puduit. *Ibid.*

Ex Syluio. Quid quod Petrum Briſſotum, omnium, qui poſt Galenum floruerunt, medicorum clariſſimum non piguit Pharmacopœis Meſuem publice interpretari? IACOB. SYLVIVS *epiſt. præfixa interpret. lib. de re med. Ioan. Meſuæi.*

Ex Akakia, Quot hominum millia vna Auicennæ aliorumque Arabum de ſanguinis miſſione ex oppoſito latere in pleuritide, aliisque internis corporis inflammationibus, opinio iugulauit? MART. AKAKIA *præf. in lib. Gal. de arte curat. ad Glauc.*

Vt Præceptor meus Petrus Briſſotus, vir vt ingenio diuino ſic doctrina incredibili, in eo opere, quod [pag. 112.] de ſanguinis miſſione conſcri*pſit,

lucu-

luculentiſſime docuit. *Idem comment. in lib. 2. ad Glauc.*

Petri Briſſoti, medici noſtri temporis, liber ſiue apologia, de inciſione venæ in pleurit. morbo, impreſſus Pariſiis apud Colinæ. GESNERVS *in epit. biblioth.* **Ex Geſnero.**

Is eſt ille (Dionyſium Regis Luſitaniæ Medicum intelligit) contra quem Briſſotus Gallus, vir longiori vita dignus, doctiſſimam apologiam euulgauit. AMATVS LVSITANVS *centur. 1. curat. 2.* **Ex Amato Luſit.**

Conuenimus autem cum Briſſoto Gallo, Mattheo Curtio, Leonard. Fuchſio ac ſexcentis aliis doctiſſimis viris, qui ex eodem latere affecto internam venam brachii in pleuritide ſecandam iubent. *Eadem cent. curat. 52.*

Eſt igitur Cancamum gummi quoddam, quod ex Guinea, Mina, Africaue & inſulis illi circumiacentibus Luſitani noſtri adferunt, anijmum appellantes, &c. Hanc vero aſſertionem primo adſtruxit Briſſotus Gallus, vir magna eruditione præditus, qui cum apud Luſitanos ageret, vt inde ad Indos, cupidus cognoſcendi rerum nouarum, nauigaret, gummi hoc vidit, quod Cancamum eſſe dixit.

Idem enarrat. 23. *in lib. Primum Dioſcor.* qui quidem *enarrat.* 71. in eundem librum teſtatur, ſe ex Briſſoto didiciſſe, Cancamum album eſſe. Quem locum nobis indicauit Praeceptor quondam noſter Ioan. Riolanus, Anatom. & Botan. Profeſſor Regius, quem honoris & obſeruantiae cauſa nomino.

[pag. 113.] Ex Trincauellio. *Itaque in primis, qui illum medicorum communem conſenſum, & veluti pacem, perturbauerunt, repoſuerim ego Petrum Briſſotum, Pariſienſem, virum ſane bonarum litterarum non ignarum, qui libellum ea de re doctum ſane & elegantem edidit. VICT. TRINCAVELL. *de ven. ſect. lib.* 3.

Ex Foreſto. Petrus Briſſotus Graecae & Latinae linguae peritiſſimus. IOAN. FORESTVS *obſeruat. libr.* 16. *obſeruat.* 32.

Ex Schenckio. Petri Briſſoti Galli, medici noſtri temporis ad miraculum docti, liber ſiue apologia de inciſione venae in pleurit. morbo. IOAN. GEOR. SCHENK. *in biblioth medica.*

DOMI-

DOMINO GVERIN DOCTISSIMO MED. SIM. PIETRE SALVTEM.

BRISSOTI vicem iamdudum doleo (vir clariſſ.) quod de poſteris optime meritus nullo in honore ſit apud eos: ſed noſtram magis, quod eo lethargo premimur, vt Briſſoti non meminerimus, quem genuit noſtra Gallia, fouit & erudiuit Academia Pariſienſis, eiusque ſchola medica fecit habuitque doctorem exteris omnibus, ſed Luſitanis, apud quos commoratus & mortuus eſt, maxime laudatum, ſpectatum vero ſuis aſſiduo docendi munere, quo prodierunt innumeri ſcientia medica illuſtres viri. Inter quos duo inſignes cenſentur, Syluius, vindex Galeni acerrimus, totius medicinæ Regius interpres, & Martinus Akakia, medendi peritia celeberrimus, ac ſcribendi genere accurato Briſſoti præceptoris ſui ſtylum & ingenium ita referens, vt Briſſotum ipſum exprimant commentarii in artem paruam & ad Glauconem *editi. Sed hoc ſibi Briſſotus iure ſuo aſſumit præter cætera, quod primus Hippocratem a contumelia, medicos ab ignorantia, mortales omnes a fatali pleuritidis

Ex Pietreo.

[pag. 115.]

ritidis pernicie vindicarit. Cum enim per quadringentos annos hominum mentibus inſediſſet opinio, ducta ex Arabum ſcriptis, quæ Hippocratis monumenta peruerterant, mittendum eſſe ſanguinem in pleuritide ex ſaphena aut oppoſita lateri dolenti vena, quo maior reuulſio fieret humoris, in partem affectam illabentis, vnde pleuritis tam funeſta & peſtilens omnis habebatur: primus Briſſotus in iſtum opinionis errorem vim aciemque ingenii ſui contorſit, non ſine nominis & famæ periculo. Omnes enim, qui Arabibus tanquam ſaxis adhærebant, nouum hominem calumniabantur, opprobriis & conuiciis proſcindebant, violatæ & temeratæ religionis reum, Eroſtrateum & Lutheranum appellabant, quid amplius? ſiſtebant ad Pontificem, velut hominem ſacrum & deuouendum. Ille, fretus Hippocratis ſententia & validiſſimis rationibus, ex parte ipſa affecta ſanguinem detrahendum vrgebat, vt fibrarum rectitudo ſeruaretur, ſanguinisque reuulſio inſtitueretur ea, quæ κατ' ἴξιν optima & naturæ conuenientiſſima perhibetur. Illudque Hippocratis ac veritatis decretum in Gallia primum viua Briſſoti voce & vſu

vſu medendi frequentiſſimo promulgatum, deinde in Luſitania, hoc poſthumo Briſſoti libello, magno *doctorum virorum applauſu, & in- [pag. 116.] credibili ſalutis publicæ commodo, toto orbe receptum eſt. Sed vt fit in rebus nouis, plures, tentandi vel oſtentandi ingenii ſtudio, rem ipſam amplexi, rationes varias & plerumque diſcrepantes excogitauerunt: imo, ne quid intactum relinquerent, nulla Hippocratis auctoritate deterriti, dum fibrarum rectitudinem repudiant aut negligunt, aſſeruere, non ex vena partis dolentis in pleuritide ſanguinem ducendum ſemper eſſe, cum vena ἄζυγος, a dextro venæ cauæ latere orta, vnicum truncum dextrum habeat, ſufficere dextræ in brachio venæ apertionem etiam in læua pleuritide, quod Veſalius contendit ex ſua obſeruatione repetitum. Eludit Amatus Luſitanus, valuulasque opponit a ſe deprehenſas, quæ refluxum ſanguinis ab azygo ſiniſtra ad cauam prohibeant. Dumque Hippocratis & Briſſoti dogma tuetur, aliam rationem tenet ἀναστόμωσιν ſcilicet venarum thoracicarum & ἀζύγου, probatam Fallopio, quæ rectitudinis fibrarum, & τοῦ κατ' ἴξιν neceſſitatem excludit.

Neque tamen locum vllum habet in pleuritide ſuperiore aut antica, quam ex Hippocr. Ludouic. Duretus, vera Hippoc. fœtura, conſtituit; ſed hæc diſſenſio doctiſſimorum hominum Hippocratis & Briſſoti conſentientem doctrinam magis confirmat. Quam ita quidem ſequor, vt ab ea ne latum quidem vnguem diſcedere fas eſſe putem, experimento edoctus, quod adeo iam frequens eſt, vt nec ruſticos & idiotas lateat. Ne-
[pag. 117] que *tamen (vt libere meum ſenſum exponam) alienum erit, vbi pleuritis contumacior eſt, fomitemque habet ſanguinis orgaſmum & æſtum, quo maior vacuatio fiat, & commodior ventilatio per vniuerſum corpus accenſi furentisque ſanguinis, hinc inde ſanguinem detrahere κατ' ἴξιν καὶ ἀνάπαλιν ſiue ἐμπάλιν, vt græci loquuntur. Quæ mea ſententia Hippocratis doctrinæ non aduerſatur, ſed potius ſuffragatur, qui vndique in thoracis inflammationibus ſanguinem vult educi. Nec mihi vmquam erit religio, ſi venæ lateris dolentis exiliores ſint, & ad ſectionem minus idoneæ, alterius venas ſecare, ea cauſa, quam dixi, ventilandi retrahendique ſanguinis,

qui

qui ex toto corpore in affectam partem influit. Scaliger, libro de inſomniis, ſua exempla profert & argumenta, quibus non tam Briſſoto, quam Hippocrati & Galeno videtur aduerſus, vt verſus Arabes ſe conferat. Sed tanti viri auctoritatem & experientiam nunquam Hippocratis & Galeni doctrinae, nec ipſi autopſiae, anteponam. Nimis multa apud te, virum omni ſcientia & eruditione cumulatum. Verum vt mare inſipidos riuulos admittit, ſic acre & doctrina plenum ingenium tuum non eſpuet leues iſtos & pene inſulſos le tanta quaeſtione ſermones, ſi um Briſſoti hac diſceptatione comrentur. Nec enim patieris, hunc iſſoti librum ſitu ſordeſcere, ſed ce dignum in conſpectum homium proferes, vt ſpero, qui tantu virum deinceps ſibi notum g*tulentur, & beneuolentia fama- [pag. 118.] qi in coelum efferant: ſcholam veroParisienſem eius altricem colant & venerentur, quae hactenus fortite opinionum monſtra, humani geris deleteria, debellauit. Ac lanc vt abhinc centum fere annis

Briſſotum peperit, qui peſtilentem in pleuritide phlebotomiam ſalutari manu coercuit, & ad Hippocraticam optimamque medendi normam reuocauit: ſic non ita pridem Riolanos ſuos alumnos tulit, qui caliginoſos alchymiæ fumos, populariter in hominum ſalutem graſſantes, diſſiparunt, & de totius alchymiæ impoſturis ſenatusconſulto Pariſienſi, auguſtiſſimique magnæ Britanniæ Regis aſſenſu, crepitante Libauio, triumpharunt. Vale 1. Febr. 1614. Sim. Pietre, Medic. Profeſſ. Regius Pariſ. epiſtola ad eruditiſſimum virum Dionyſ. Guerinum collegam ſuum.

FINIS.

INDEX

INDEX AVCTORVM, QVI HEIC CITANTVR ET NOMINANTVR.

A

Abſyrtus.
Actuarius
Ægineta
Æſculapius
Aetius
Akakia
Aldus
Alexander Benedictus
Alex. Petronius
Alpharabius
Alpinus
Altimarus
Aluarus Thoma
Amatus Luſitan.
Andernacus
Anterigolus
Aponenſis
Apuleius
Aquilanus
Archigenes
Arculanus
Aretæus
Ariſtoteles
Argyropylus
Argenterius
Arma
Aſclepiades
Athenæus
Auctor. ſupplemen. Chronic.
Auctor, lib. de anat. viuor.
Auctores R.R.
Auenzoar
Auerroes
Auicenna
Augenius
Aurelianus

Barlan-

B

Barlandus
Bayro
Bertucius
Blondelus
Bonacoſſus
Bona-fides
Botallus
Briſſotus
Branda Porrus
Brunerius
Buchaferra
Budæus

C

Cæſalpinus
Campegius
Capiuaccius
Cardanus
Caruinus
Caſſanus
Celſus
Cermiſonius
Chiron
Chronolog.
Chryſoloras
Clementius Clementinus
Chriſtoph. a Vega
Chriſtophor. de Barziziis
Colle
Commentar. Scholæ Pariſien.
Conſtantinus Monachus
Copus
Courcellus
Crato
Cremonenſis
Curtius

D

Dalechampius
Damaſcenus
Democedes
Dionyſius
Dominicus a Melgutia
Donatius
Donatius a Mutiis
Douynetus
Dunus
Duretus

E

Ellain
Emericus Oppauianus

Eraſtus
Eunapius Sardianus
Euax

F

Faber
Fallopius
Fernelius
Fiaſchi
Fontanonus
Fontanus
Foreſtus
Franciſcus de Franciſcis
Fuchſius

G

Gabloneta
Galeatius
Galenus
Gariopontus
Gattinaria
Gaudinus
Gaza
Gentilis
Geraldus de Solo
Geſnerus
Gregor. Nazian.
Gordonius
Gourmelius
Grangerius
Guarinonius
Guaſtauinus
Guaynerius
Guido
Guillandinus
Guiſcardus

H

Haliabbas
Hannibal de Nicolinis
Helinus
Heliodorus
Heurnius
Hierocles
Hippocrates
Hollerius
Horatianus
Horatius
Hoſtresham
Hourdel.
Hugo Senenſis

I

Iacchinus
Iacobus
Iacobus de Partibus
Iacobus de Dondis
Ioannes Bellayus

Io.

Digitized by Google

Io. de ſancto Ægidio.
Ioan. de Sophia.
Ioan. de ſancto Paulo
Ioan. le Grain
Ioubertus
Iſaac
Iulianus Imper.
Iuuenalis

K

Ketam

L

Laſcaris
Laurentius
Lazar. Bayfius
Leonicenus
Leonell. Fauentinus
Libauius
Luceus
Ludouicus

M

Machaon
Macer
Madius
Maffæus
Manardus
Marcell. Empir.
Maria Bettus
Mariana
Maſſa
Maſſaria
Mathæus de Gradibus
Melampus
Melchior Adamus
Mena
Mercatus
Mercurialis
Meſuæus
Michael de Colonia
Minadous
Miron
Monardis
Montagnana
Montanus
Montius
Moyſes Rabi
Muſa
Muſa Braſauolus

N

Natalis Comes
Næuius
Nicol. Myrepſ.
Nicol. Florenas
Nicolaus Florentinus
Nicomachus
Nonus
Nunius

Oddus

O

Oddus de Oddis
Oethœus
Optatus Neapolit.
Oribaſius

P

Panniza
Paſchaſius
Paſſionarius Gal.
Petræus
Petroniſtæ
Pietræus
Pindarus
Placentinus
Platearius
Plinius vterque
Podalirius
Pons
Priſcianus
Puteanus

Q

Quercetanus

R

Ramus
Rahſes
Reform. Acad. Pariſ.
Riolanus P.
Riolanus F.
Rogerius
Roizius
Rondeletius
Rorarius
Roſatus
Ruellius
Ruſticus

S

Salceus Sclanus
Saluianus Maſſil.
Sanctor. a Sanctorio
Sauanarola
Saxonia
Scaliger P.
Scalig. F.
Schenckius ſenior
Schenck. iunior
Scribonius Largus
Serapion Græc.
Serapion Arabs
Serenus
Sillanus de Nigris
Soranus
Squarcialupus
Steph. Athen.
Steph. Byzant.
Suidas

Digitized by Google

Suſius
Syluius

T

Tagautius
Thomaius
Thomas a Veiga
Thoninus
Thriuerius
Thurinus
Tiraquellus
Toletus
Tornamira
Tragus
Trallianus
Trapezuntius
Trincauellius
Trithemius

V

Valeſcus
Valeſius
Varignana
Vaſcus
Victor. Fauentinus
Vidus Vidius ſenior
Vidus Vidius nepos
Villanouanus
Villemorus
Vindicianus
Vlyſſ. Aldrouand.
Vrbinas
Vveckerus
Vveſalius
Vvierus

X

Xiphilinus

Z

Zvingerus

FINIS.

Digitized by Google